

Bibliothèque numérique

medic@

**MONTANO, Giambattista. Ioannis
Baptistae Montani Veronensis, Medici
et publici in Academia patavina olim
professoris. Chirurgica consilia**

Nuremberg : Ioannis Montanus, 1559.



(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?00389x03>



IOANNIS
BAPTISTÆ MON-
TANI VERONENSIS.
MEDICI ET PUBLICI IN ACADE-
MIA PATAVINA OLIM PROFESSORIS

CHIRVRGICA
CONSILIA.



NORIBERGÆ, IN OFFICINA IO-
annis Montani, & Ulrici Neuberi.

M. D. LIX.

C O N S I L I O R V M

I N D E X E T A R G V M E N T A.

De Ophiali & achoribus	Consilium 1.
De Achoribus seu tinea capitis antiqua,	2
De fistula in oculo, cum gonorrhœa, & suspicione morbi Gallici,	3
De lachrymali fistula,	4
De catarracta	5
De tumore duro maxillæ dextræ,	6
De Apostematibus cancrois in naribus,	7
De Apostemate maligno, polypo scilicet, ad cancrum accedente,	8
De narium ulceribus,	9
De guttulis struma,	10
De contusione brachij ex equo occidente,	11
De abscessu exulcerato mollificando & abstergendo,	12
De uulnere in brachio, tumefacto-	13
De brachio uulner, & omniū principaliū membrorū influxu destituto,	14
De tuberculo circa thoracis regionem, in latere sinistro,	15
De uulneribus in pectore & in capite inflictis,	16
De eisdem uulneribus,	17
De cancro in mamillis,	18
De stranguria ex casu facta,	19
De ramice intestinali	20
De scirro uteri,	21
De Ædemate Erysipelatoso in crure,	22
De Erysipelite phlegmonode in genu,	23
De contusione neruorum, vel distorsione in genu,	24
De utriusq; cruris contractione,	25
De dislocatione & contractione sinistri cruris, ac dextri ulcere,	26
De crurum ulcusculis ex nimia hepatis caliditate,	27
De ulceribus in pede & brachio, cum leui delirio,	28
De Ædemate in pede, urinæ stillicidio, & morbo Gallico,	29
De ulcere ac tumore in pede,	30
De uaria luxatione in pede,	31
De eadem pedis luxatione,	32
De pedis tumefactione,	33
De scabie à nativitate contracta,	34
De scabie cum febre coniuncta,	35
De scabie post purgationem,	36
De scabie in puer.	37
De scabie humida cum pruritu,	38
De scabie post purgationem,	39
De scabie cum tinnitu aurium & hæmorrhoidibus,	40
De psora occupante uniuersum corpus,	41

HIERONYMI DON
ZELLINI AD LECTOREM, DE
huius partis ordine, admonitio.



N*isi* morbis tractandis, qui manuum opera indigenat, ut curentur, duplex a nobis ratio atque ordo institui potest: quorum prior naturae est maxime consentaneus, scilicet, ut a tumoribus praeter naturam, ad ulcera, quae ex illis ferent originem ducunt: ab ijs ad uulnera progressiamur. Et in singulis generibus, a simplicibus ad composita & complicata, doctrinæ ordo procedat. Atque hunc, authores multi, tam ueteres quam recentiores (qui quidem probantur) secuti sunt; siue de omnibus simul, siue de singulis generibus seorsum disputatione. Alter uero non rerum naturam, sed dissentium commodum ac faciliorem rerum inuentionem, spectat. Quem certe nos non iudicio ac uoluntate, sed necessitate potius quadam, hic instituere sumus compulsi. Nos enim nostra minime tractamus, sed alienationem quae iam facta cum inciderimus, ordinem qualemcumque illis conciliare studuimus; qui ueluti Indicis loco, studiosum quo uellet, adducere facile posset. Nulla igitur aut in authore haeret culpa: qui non ideo haec disputauit ut aederentur, aut in me, qui confusis rebus, legitimū naturae ordinem indere minime potuit; sed pro re nata, tuum tantum commodum atque utilitatem spectans, quod potui feci. Eum enim ordinem mihi proposui, quem Galenus in libris de compositione medicamentorum κατά τοπες seruavit. Quem cum hic uiderem studiosis commodiorem, quantum rei natura patiebatur, secutus sum. Alioqui, prior ille, uniuersali horum morborum tractationi, posterior autem, particulari magis uidetur conuenire. Etsi enim tumores, ulcera ac uulnera, cuius humani corporis parti possint accidere: scopi tamen uniuersales in his curandis propositi, in partibus diuersis, magnam habent uarietatem. Alter enim uerbi causa Erysypelas curatur, si sit in crure, quam si in facie. Aliter tractatur ulcus in articulo atque in musculo. Sunt præterea morbi ex ijs aliqui, partibus peculiares: ut narium polypus, unguium paronychia, inguinis ramex, crurum uarices, pedum calli. Vt ab horum tractatione, is ordo minime abhorreat. Sed autorem etiam primi nominis, hac in parte habeo, cuius merito uestigia sum imitatus. Paulum scilicet Aeginetam, qui in sexto libro Chirurgiam docens, eundem hunc sibi seruandum duxit. Non est igitur ut quisquam me hic inconsulto aliquid fecisse putet. Atque ideo te hic admonendum iudicavi, ne meum hoc consilium temere suscepturn existimares: sed meam hanc qualemcumque industria ac diligentiam, æquiboniq; consuleres. Vale.

IOANNIS

IOANNIS BAPT^I
STÆ MONTANI VERONENSIS,
MEDICI ET PUBLICI IN ACADEMIA
Patauina olim professoris Consilia
Chirurgica.

De Ophias & Achoribus

Consilium I.



Larissimi atq; doctissimi uiri, occurrit nobis nobilissimus adolescentulus, cum quibusdam dispositionibus præter naturam, quæ apparent sensui. Duo sensu deprehenduntur circa cutem, qui affectus cum sint contigui, tamen uidentur diuersi & contrarij. Primo est priuatio omnimoda capillorum; quæ siue sit alopecia, siue ophiasis, siue calvitium, nunc non dicam, sed infra. Secundo est tumor quidam præter naturam, cum crustis & pustulis apparentibus. Est ibi raritas, & ideo etiam priuatio capillorum. Primo uidentur esse affectiones contrariae. Defectus pilorum solet esse ex nimia siccitate. Crusta & $\alpha\chi\omega\mu\zeta$ proueniunt illi ex depravatione humorum. Causæ igitur horum considerandæ. Primo, quo ad priuationem pilorum, dico hanc nullo modo esse ex siccitate, sed ex redundantia aliqua mali humoris: & ab eadem causa prouenire has affectiones, scilicet à depravatis humoribus. Nam pilorum conueniens materia, teste Galeno, & meius Aristotel. secundo lib. de generatione animalium, prouenit ex humore adiusto cum quadam pinguedine, & substantia aërea: ubi talis materia deficit, deficit etiam materia pro pilis. Hic illa materia non est talis, qualis esse debebat, sed corrupta & depravata. Eodem loco dicit Aristoteles, quod pili sunt passio cutis, & requiritur etiam ad generationem pilorum temperamentum cutis: & ex superfluitatibus cutis tantummodo generantur pili, & non ex alia superfluitate: unde secundum cutim affectam afficiuntur pili. Ergo talis affectus est propter duo: Primo, quia ista materia non est idonea ad pilos generandos, sed corrupta. Secundo, propter locum non bonum, quia temperies cutis est valde humida, quæ non potest producere pilos. Nam & nimia humiditas, & nimia siccitas prohibent generationem pilorum. Fortassis contraria etiam quedam affectio est in ipsis meatibus, nam & horum ratione sæpe non nascentur pili: sed hoc non est manifestum, dicamus tantum de ijs quæ apparent.

Ergo hactenus habemus intemperiem cutis, & materiam malam, ratione quorum uidentur duo contraria fieri. Primo, priuatio pilorum in parte commissuræ coronalis, ubi plurimæ fiunt transpirationes vaporum. Euaporato plurimo humido propter amplitudinem meatuum in illa parte capit is, non potest materia aggregari. Galenus probat vapores diuersos effectus facere pro crassitie, & materiae, & meatuum. Nam si possunt transpirare, nihil mali aut incommodi inde evenit in

aa 3 cute.

cute. Sed si uel propter crassitiem, uel denilitatem meatus cutis non possunt transpirare, sit uel pruritus, uel scabies, uel $\alpha\chi\omega\mu\sigma$. Ergo in illa parte futuræ coronalis ubi meatus sunt aperti, non potest illa materia detineri, sed transpirat, & nihil aliud in commodi facit, quam priuationem pilorum: non tamen alopeciam facit, quia nulla ibi abrasio est cutis. Ophiasis est cutis decorticatione cuticulae, quia sit propter humores depravatos. Alopecia etiam ex siccitate. Hic uideamus in hoc puer, ubi deficiunt pili, esse asperitatem: ergo est ab eadem causa, à qua fiunt crustæ. Nam ubi cranium est crassius & densius, ibi materia non potest transpirare, sed fiunt crustæ. Ideo circa posteriorem partem capitis apparent illæ pustulæ, & uidetur esse dispositio quædam proxima ad achoras & tineam. Ergo hæc duæ affectiones licet secundum sensum uideantur diuersæ, tamen ab eadem esse causa uidetis, scilicet humoribus depravatis & intemperie cutis, quæ in hoc puer est maxima. Sed utrum illi humores depravati ibi generentur, uel aliunde deueniant, inquirendum. Dico, utrumque potest contingere: potest enim aliquando fieri, quod nihil patiente cute, tamen materia ad illam demandetur. Sed in hoc puer video ipsum optime esse dispositum quo ad habitum corporis, colorem, & omnes operationes: unde non video, unde debeant multiplicari humores tam depravati. Nam si humores aliunde demandantur, & in membris naturalibus, ut hepate, splene, uentriculo &c. esset quædam mala dispositio, tunc circa cutem apparerent maiora symptomata: & nihil est quod magis attestetur dispositioni hepatis & lienis, quam color, quem in hoc puer uideamus esse optimum, clarum & lucidum, propter spiritus bonos & lucidos quos habet. Vnde non video, unde possit deriuari humor ad cutim ex alijs partibus. Ergo dicendum, quod membrum intemperie laborat: & tunc contingunt duo. Primum, quod alimentum etiam bonum transmissum ad cutem corrumpitur, quia membrum est distemperatum, & calor eius proprius debilitatus, & humidum radicale consumptum, & ideo non potest pars illa exercere suas actiones naturales, ut expellere, concoquere, attrahere &c. quæ sunt propriae cuicunq; membro. Secundo contingit propter hoc, quod scilicet sunt aliqua excrementa in uicinis partibus, quæ necessario generantur in corpore humano etiam optime disposito in omnibus quæ tuor coctionibus: & haec semper expelluntur ad partes debiliores.

Ergo duo patitur incommoda hic puer, propter intemperiem cutis. Primo, quod alimentum deueniens ad cutem, non potest confici: Secundo, quod partes uicinae pellunt sua excrementa ad cutim tanquam partem debiliorem, ut solet in corpore humano contingere. Ergo in ipsa cute est affectus, & est intemperies cum materia. Non dixi quod in principio contigerit intemperies sine materia, sed quod ex defluxu illius humoris elitus est calor proprius illius partis, propterea humidum radicale semicorruptum. Ergo habemus intemperiem propter humores, unde & habemus quare loco pilorum generentur crustæ.

Quid modo fuit in causa, quod ad cutim magis transmissa est materia, quam ad alias partes? Audio nutricem fuisse infectam, & generauisse pessimum lac, uel propter intemperiem aliquam naturalem, uel alias propter malum regimen, ut solent istæ: unde incidit iste puer in febrem longam, quam habuit usq; ad annum quartum. In ea aetate pueri solent habere maximam debilitatem capitis, unde etiam non possunt se bene erigere illo tempore, propter nimiam humiditatem, & etiam caput turrit temporis uideatur illis esse maius. Vnde plurimæ ægritudines capitis tunc temporis illis accident, ut sunt epilepsia &c. Et quia membrum imbecillum, natura defatigata longa ægritudine, fecit crisim circa quartum annū: nam quartus annus est criticus morborū chronicorum. Et sic materia transmissa ad caput. Non tamen adeo fuit imbecillum caput, ut materia reciperetur ad cerebrum, sed natura istius pueri existens fortis & ualida, expulit ad cutim partem ignobiliorum, & ubi seme, incepit occupare cutim, manlit ibi et ambibita est: & sic subsecuta est ophiasis in una parte, et crustæ in altera parte, ut uidentis.

Habenus

Habemus ergo causas propinquas & remotas huius affectus, & non contingit ratione alicius membris principalis, ut solet plerumq; accidere in his fluxibus. Quibus ita sup-positis, appareat statim quid possim iudicare de eventu huius ægritudinis. Credo quod possit curari. Aegritudo est tantū in parte, & nō habet radicem, nec in cerebro, nec in partibus naturalibus, quamvis possit quidem cerebro communicari nocumentum alii quod propter tuncinitatem, sed tamen non insigne: quoniam illud membrum est sanum, cuius operationes sunt sanæ. Sed in hoc pueri operationes cerebri sunt sanæ, ut appareat, ergo & cerebrum non est affectum. Sed tamen non facile poterit curari, quia intemperies illa est fixa & confirmata, & habitus tam factus, qui est difficile remouibilis à subiecto in quo est, ut & logici dicunt: duravit à quarto anno usque ad 14. Sunt ergo decem anni: sed tamen potest curari. Natura rei indicat nobis curationem conuenientem. Nos scimus, quod ubi cuncti est aliquid præter naturam in loco, medicus debet attendere an hoc pendeat ab alio, an non. Si ab alio, illud erit curandum: sin minus, accedendum ad locum. In hoc pueri nullum membrum est depravatum, & ideo non credo esse opus curatione membrorum mandantium. Et ita tollimus totam illam historiam. Ideo credo quod non multum debemus laborare circa euacuationem. Bene verum est quod tutius & sine dispendio erit, quod totum corpus antea euacuetur, sed non multis euacuationibus, quia corpus est bene præparatum. Ergo euacuetor alio modo, & præcipue cum simus in uere, in quo etiam sana corpora purgari solent. Leniatur ergo uenter cum cassia & hiera, Infrigidetur corpus, & ideo syrapi sint non admodum eleuati in caliditate, nec ita incisiui. Nam illi humores sunt salii, quod testantur crustæ, quae non sunt nisi ab humoribus calidis & adustis. Ideo autem non nego esse pituitam etiam, sed tamen dico quod etiam adustos humores habet, præcipue cum sit calidi hepatis, ut appareat, & temperatura declinet ad calidum & siccum, & fortasse nutritrix generauit in illo humores calidos, & solent bibere uina calida, & fortasse etiam habuit mala & corruptos humores: & utinam sciremus etiam aliquid de hoc, Deus nouit. Ergo darem ego syrum de Cichorea, uel de endiuia. Vel ita facerem: darem syrum de cichorea & loco aquarum, serum lactis caprini darem: hæc facerent apertione, abstersionem, & etiam infrigidarent: & credo hoc genus syrum præ optimum pro hoc pueri. Pro pharmaco darem agaricum cum cassia, quod est medicamentum conuenientissimum, & potest educere omnes humores. Factis euacuationibus omnis spes mea (ut ingenue dicam) esset circa localia, & rectificarem intemperiem cutis. Calor est elius & suffocatus, & tollendi sunt humores præui. Primo igitur amouendi humores qui sunt in ipsa cute, scilicet exiccatibus. Secundo confortarem cutim, ne amplius reciperet excrements membrorum, & conficeret proprium suum alimentum. Confortatur autem calor cum moderate calefacentibus. Remoueantur humores illi mali abstergentibus & exiccantibus. Chirurgus fricit locum uel cum pannis asperis, uel cum squilla: sed cum pannis asperis condensantur meatus: frictio cum squilla est mitior, & maxime conferret. Et postea fiant lotiones quæ subtilius penetrant, & magis in profundum. Adderem & sulphur, sed cum lixiuio acri, in quo esset nitrum & sulphur: in principio enim non est statim utendum astringentibus. Postea facerem etiam linimenta abstergentia, ut est oleum amygdal., amararum, cum iride, centaurio minori & maiori, & Gentiana, pane porcino, item clematitide altera, & aristolochia rotunda. Factis abstersionibus, leniter exiccamus & confortandum, & tunc deuenire possumus ad illa quæ recipiunt alumen, & etiam calchancum, si opus esset maiore exiccatione. Factis mundificationibus credo quod pili per se generabuntur. Sed si non oriantur, confortarem locum, & nihil magis expediens ad hanc rem quam linimentum factum ex oleo amygdal., dulcium, ladan., & capillis Veneris pulverisatis, & ponatur super locum: nam plurimū facit ad pilorum generationem, & ad tollendum quicquid est circa radices pilorum. Oleum amygdal., dulcium humectat cutem, si forte ex medicamentis

aa 4 superioribus

superioribus nimis exiccata esset. Et hæc sunt mutanda prout videbitur, & affectio
mutabitur. Victus sit exquisitus, quia hic maximam partem curæ sibi uendicat. Sic
puto emendari posse, Deo uolente, hoc uitium.

De Achoribus seu Tinea capitis antiqua, post pur-
gatum corpus & uaria ab alijs Me-
diciis adhibita remedia;

Consilium II.

Primo abstineat à lacticinijs, pastilibus carnibus antiquis, atibus palus-
tribus, rebus frictis in sartagine, leguminibus, herbis crudis, uino dulci
& crasso, & à uino nigro & turbido, à satietate & multitudine ciborum,
post cibum à studio & exercitio pleno existente stomacho. Hæc ubi
iste fecerit, sumat pilulas singulis septimanis semel, aut etiam bis si opon-
tuerit, num. 3. hora una ante coenam, quarum descriptio est talis:

sq. Succi fumiterræ			
Boraginis			
Chamædryos	ana	3	2.
Myrobalanorum chebulorum			
Indorum			
Citrinorum	ana	3	4.
Ellebori nigri		3	2.
Agarici elec̄ti		3	4.
Aloës		3	6.
Epithymi			
Foliorum senæ	ana	3	1.
Polypodij			

Pulverizentur omnia, & permisceantur cum succis, & permittantur exiccari, &
postea cum syrupo de fumo terræ fiat magdeleon: de quo formentur pilulae pro sin-
gulis drachmis, tres, sumendæ ut supra. Item tondeantur capilli usque ad cutem, postea
utatur lotione infra scripta saltem semel in septimana:

sq. Lixiuij dulcis quantum sufficit pro una uice, in quo decoquantur,			
Aristolochiae rotundæ			
Panis porcini	ana	3	8.
Gentianæ			
Rheupontici	ana	3	3.
Centaurij majoris		3	2.

Decoquantur omnia ad consumptionem tertiae partis lixiuij, & cum eo lauetur
esput, & exicetur, semel aut bis in septimana. Deinde inungatur caput oleo infra-
scripto magistrali:

sq. Ircos

g. Ircos	3 s.
Squillæ	3 i.
Centaurij minoris	3 s.
Myrtillorum	3 i.
Garyophyllorum	3 l. s.
Olei amygdalarum amararum	15. l.

Ponantur omnia simul in vase uitreo bene obturato, & bulliant in balneo Martis lento igne per horas sex, postea seruetur oleum in Sole, remouendo ipsum tempore nubilo & in nocte, & hoc oleo illiniatur caput quotidie in introitu lecti, & post lotionem ordinatam a nobis.

Ad simplex œdema, in frontis parte superiore, uersus uerticem.

Euacuato corpore, & ordinata uictus ratione, fiat fomentum ex decocto chamaomillæ in aqua salsa, quo fouetur locus affectus, spongea in eo madefacta. Deinde ungatur oleo chamæmelino & anethino.

De fistula in oculo, cum gonorrhœa, & suspitione morbi Gallici: pro iuuenie Ferrariensi.

Consilium III.



V VENIS viginti annorum singulis serè duobus mensibus aut tribus laborat gonorrhœa, & urinæ magna difficultate. Et patitur duas fistulas, diversarum naturarum, in utroq; oculo. Ante duos annos laborauit affectione capitis, quam vulgo tineam uocant, & dicit, quod ex anno decimo ætatis inciderit in gonorrhœam. Vsus est Venere ante tempus. Ex naribus ejicit materiam uiscidam, & foetentem: ita ut, & ipse & assidentes odorem percipient. Per screatum, excrementa purulenta, & potius uiridia. Hæc sunt symptomata. Deliquit in omnibus sex rebus non naturalibus. Est enim mercator. De fistulis oculorum est magis solitus, ideo de illis primo dicemus. In sinistro oculo fistula habet cauitatem intrinsecam, uix foris uidetur: cum comprimit, copiose aqua exit. In altero oculo est etiam cum cauitate, sed foramen seu orificium magis manifestum habet. Bis est curatus, & rursus redit malum. Scire autem debetis, sicut Clariſ. D. D. norunt, quo modo cauitas & sinus conueniant essentialiter, licet figura differant. Sinus, uel fistula, est solutio continua, in quibus est durities præternaturalis, quæ facit curationem difficilem, & interdum omnino non recipit, sed in figura differunt. Nam sinus in latum & profundum, fistula in longum, & angustum, rotundatur, sicut tubæ. Nam ob hanc similitudinem fistula dicitur, & hac ratione difficultas curæ sunt ambo. Vtrū modo hic sint fistulae, uel sinus, non possum determinare: quia non uidi, nec possunt uideri. In sinistro credo esse fistulam, quia longior est, ut ex compressione etiam prope partes remotiores appetat. Sed eadem est curatio. Quare de nomine non sum solitus, sed de cura, quæ semper longa est, ubi cunctæ fuerit. Et hic difficilior etiam, ratione loci nobilissimi, operationum nobilium, & passibilitatis.

Eftibz

Estq; in loco conspicuo, ubi facit deformationem non recte curata. Ideo merito sum sollicitus. Si ergo uolumus curare, oportet scire naturam, & caussas annexas, quæ fouent, & impediunt rectam curationem: quia ad locum accedere non possumus, nisi remotis illis caussis. Percessus est gonorrhœam. Est pessima ea, ratione signi mali, & ratione caussæ, quia natura habebat membra relaxata, præcipue uasa spermatica: & uirtutem tam retentiuam debilem, quam expulsiuam corrumpam. Ac propter debilitatem illorum locorum, reliqua membra solent eo mittere sua excrementa. Per uiam caussæ, quia exiccat ille fluxus, & facit ariditatem. Subtrahitur enim alimentum membris spermaticis, quæ semine nutriuntur, ut & Galenus refert. Ideo arescunt corpora, quæ diu eō fluxu laborant, & perueniunt ad tabem. Hic incepit ab anno decimo, & singulis tribus mensibus bis tandem patitur, quod signum est, non solum calorem naturalem, sed omnes uirtutes esse debiles. Deinde mercatores ab externis caussis multa coguntur pati, & peccavit in Venere, qua ad exhaustendum corpus, & debilitandum nihil magis facit. Ita caput quoq; quod ex defluxu seminis maxime debilitatur, redditum fuit imbecillus. Et percessus est ulcera adeo magna, ut Medici dixerint esse tineam, uel aches Galeni, quæ Arabibus Saphati dicuntur. Sunt autem ulcera emanantia in capite, quæ diueras caussas, pituitam falsam, & putrefactam habent, & interdum aliquid etiam ex alijs humoribus, & uariæ sunt horum species. Nam melicerides dicuntur, cum effluit melleus humor. Steomata, cum materia seu est similis: Atheromata, cum puliculae. Semper autem habent dominium pituitæ, quoquo modo putrefacta. Et habet adhuc uestigia in capite attestantia malitiam humorum. Nunc queritur, cum habeamus caussam fouentem fistulas, uidelicet uirtutes omnes affectas, quæ multiplicant excrementa, & præcipue pituitam, quæ admixta est cum bile, in iuene habente hepar calidum, cum qua putreficens fit deterior, mordax, erodens partes in quibus figitur: Et magna imbecillitas capit is, multiplicantis excrementa: queritur inquam an non adiunt alia, quæ augeant, ut Morbus Gallicus. Ego de hoc non ausim affirmare, cum non habeam signa. Quod concubuerit cum mulieribus infelis, coniectura est: sed non est necellarium. Est tantum signum. Adiutus est decocto ligni. Verum neque id signum est necessarium. Adiutus est, non quia laborauit morbo Gallico, sed quia lignum sua uirtute exiccat, & roborat membra. Et quia diætam uictus rationem meliorem habuit. Ceciderunt pilii, hoc signum approximat quidem ad rem: sed quia eo tempore ceciderunt pilii, quo passus est tineam, non est mirum, cum sit propria passio, sequens illum morbum, ob corruptionem alimenti. Ideo quoque hoc signum non est necessarium. Sed potest contingere, ut percessus sit, & etiam nunc patiatur. Nam multi incident in eum morbum, etiam sine bubonibus, & ulceribus in uirga, & multis talibus occurri, qui propter hanc caussam nolebant habere, & tamen habebant, ac potuisti sanari eos. Ideo nec affirmare certo, nec negare ausim. In curatione tamen non abhorrerem à decocto ligni, siue habeat, siue non, nihil impediet. Omni enim modo exicando iuuabit eum, & membra confortabit. Ad curam igitur. Fistulae morbus factus, non fiens, & fluxus habet caussas fouentes, quæ continuo subministrant materiam. Ideo oportet intercipere fluxum, & tollere materiam, ac postea curare fistulas, quæ si non fuerint curatae, etiam sublata materia, disfluet optimum oculi alimentum. Sed corpus primo curandum, quia uirtutes habet imbecilles, ideo præcipue utendum bona uictus ratione. Ac præcipue attendendum, ut curetur gonorrhœa, quæ corpus extenuat. Id astringentibus post euacuationem fieri, postea caput, ne redundet excrementsis, lotionibus, cum Maiorana & Sena roborabitur. Vtatur deinde masticatorijs, non caput purgatorijs, uidelicet Mastiche & Pipere. His factis, deueniendum à Chirurgo ad fistulas. In quibus occurrit caro, uidelicet callositas, toto genere præter naturam, ea remouenda, sed hoc fieri

fieri non potest, nisi prius aperiatur sinus, ut medicamenta operari possint, posse
injicienda exiccatia, & erodentia callositatem: mediocriter tamen, quia locus nobis
lis. Habemus autem pro hoc Diachalcididem celebratam à Galeno. Item unguen-
tum Indum sacrum. Sed hæc sunt officia Chirurgi, in quæ non decet nos intromitte-
re. Fiat igitur exquisita euacuatio, & detur decoctum ligni.

De lachrymali fistula.

Consilium III.



BI CONFIRMATA EST QUEMAD MODVM
hanc esse audio, per sesqui annum, nunquam aliter remoueri uidi, nisi
per cauteria commodissime applicata ab aliquo prudentissimo Chirur-
go. Et quamvis innumera prope obseruauerim ab excellentiis. Me-
dicis, omnia tamen semper frustra fuere tentata. Dixerim igitur hanc
puellam prius esse purgandā, deinde adhibendum esse cauterium, cum auro vel ære,
omisso ferro. Ex ferro enim fit maior adustio, & profundior cicatrix. De fluxu
faniei ab aure stante fistula, nullo pacto tentarim curationem. Est enim tanquam au-
silio quædam, qua suppressa, forte & totus oculus in deteriorem aliquem affectum in-
cideret, proinde auris interea dimittatur.

DE CATARRACTA.

Consilium V.



ORBUIS est peculiaris uni membro. Est primo querendum, quid sit quo
ad nomen. Secundo, in quo loco sit. Tertio, quæ sit natura huius morbi,
quia indicationes sumuntur præcipue à natura ipsius membra, in quo
morbus est, & à natura morbi. Quantum ad nomen igitur, appellatur
descensus aquæ, siue aqua, seu catarracta, quia factum sit aliquid circa
oculi partes, sed est barbara uox, græci γάταρρα, uocant, quasi suffusionem, infunditur
enim quidam humor ad tales locum, locus, ubi inuenitur ista aqua, impedit uisum,
ergo oportet, ut sit in proximo instrumento uisus, non in coniunctiuia, quia cerneretur,
non in cornea, quia non impediretur uisus. Ergo uel in nervis opticis est obstructio,
uel in primo instrumento uisus crystallino, quando diminuitur uel offuscatur, aut ali-
quid tale, uel est in humore uitreo, uel est in aqueo humore, uel in foramine uevae. Inter
corneam & pupillam est locus proprius descensus aquæ. Quod si esset in opticis, ni-
hil aliquis uideret, si in alijs esset, nihil etiam cerneretur, sed appetet ista aqua: & qui
operantur, penetrant, coniunctiuam, & cum perueniant ad corneam, appetet acus
per corneam, & uertunt acum, & remouent istam aquam, obstruitur illud foramen, &
fit uel diminutio uisus, uel destructio. Et hæc tantum de loco affecto. Morbus non est
mala complexio, quia non ob caliditatem &c. sed est morbus in compositione, in eo
genere, qui dicitur in uia. Vitium enim est in compositione, circa formationem & hoc
uel circa figuram, superficiem, cavitatem, meatum, magnitudinem, numerum, situm. Est ergo
morbus in compositione, in uia seu meatu. Locus eius est ultimum foramen inter corneam,
& uevam. Materia morbi est uiscosa frigida, aliquando autem ibi non est permanens,
quia ascendit à stomacho, & fit ibi quali nubes, ratione vaporum: sed non durat tale malum,
& tales curantur cū Hiero, dicit Gale. Aliquando uero est essentialis ibi humor, & ha-
bet firmam sedem, & talis est casus noster, quia hic est per essentialia, non per consensum.

Materia

IOANNIS BAPTISTAE MONTANI

Materia enim est pituitosa, viscosa, & crassior, & est ibi per essentiam. Talis materia tripliciter diversificatur, uel secundum quantitatem, uel secundum substantiam, uel secundum colorem. Sed in quantitate, quandoque ita multa, ut occupet totum oculum, quandoque partem superiorem, quandoque inferiorem. Aliquando variatur secundum modum substantiae, uel quia ista aqua crassa, uel tenuis, uel aquosa. Quandoque secundum colorem, quia interdum coloris albi est, & clari, ut margarita orientalis, uel fusci uel lucidi, uel est tendens ad flavidinum, uel citrinus color est tendens ad luteum. Si secundum quantitatem, ex forma appetet. Si in medio erit tantum, uidebit omnia, quasi esset foramen in medio, si est in uno angulo, tum ex ista parte manum oppositam non uidebit, si est inferius, uidebit tum superius, & contra si tenuis est, facile mouetur sursum & deorsum clauso altero oculo, ex quoque etiam adueniente motu. Si est crassa, non mouetur, & est pessimum signum. Colores uidentur facile. Quae est pauca materia, est melior; & quae tenuis, non debet tamen esse nimis tenuis, quod ita non potest deponi cum acu: neque nimis crassa, quae est alba, est melior, reliqua habent partes terreas, & adustas, maxime si ad fuscedinem declinant. Quae est cerulea, est melior. Vbi est catarracta, ita, ut nihil uideatur, nec manus, nec lux, casus est desperatus. Si ex mediocri motu mouetur, sed non diuellitur a loco prorsus, ibi tunc est matura. In casu nostro macula uidetur in loco dicto, occupat totum foramen, habet uel nolum, uel paruum motum, colorem tendentem ad fulcum. Misericordia eius, quia est pauper, & uix curabitur. Quid faciendum? hic est materia & obstructio, ergo a pertione indiget, indicatione sumpta a morbo, ideo abstergendum, uel aperiendum. Si aperire volueris, destruetur pupilla, & indurabitur, si adhibebitur absterendum, corrosionem faciet, quare cum abstergentibus & aperientibus nihil poteritis operari. Si enim levia erunt medicamenta, nihil facient, si fortia, destruent oculum. Ergo ad acutum confugiendum, si debet fieri operatio. Sed corpus prius purgari oportet bene, & est hic uir, Alexander nomine, in hac parte peritus, & tempus optimum est operandi, quia luna in oppositione, & incipit declinare, & huius est ratio Physica, non Mathematica, quia humores tunc maxime ad superficiem deuenient, & tota materia tunc bene ad ultimum foraminis deuenit. Quare optime remouebitur, & remota non cresceret, etiam iste humor, quod facile fieret alio tempore inconuenient, ut si luna crescente deponeretur, esset periculum, ne ascenderet rursus. Quare melius tempus est, quando luna est in oppositione, sed incipit decrescere, & tempus sit medium inter calorem & frigus. Post depositionem experimentatores ouum cum croco apponunt, sed crocus est maturarium, uolunt maturare, ubi nihil est maturandum. Oportet reperientibus uti, ouum totum cum uitello solum adhibeatis, quia reprimit, & sedat dolorum, & accipiatis pillulas Cocciarum 3 4. fiantque pillulae quinque, cum aqua foenculi. Dicunt illum esse rusticum, tamen uix efficient pillulae istae tantum, quantum in delicato cassia. Postea dandus syrups hic:

R. Succi rosarum

Rutæ

Foeniculi ana 3 6.

Sacchari q.s. fiat syrups, de quo detur singulis diebus.

3 2.

Aqua foeniculi 3 3.

per octo dies aut longius.

De tumore

De tumore duro maxillæ dextræ.

Consilium sextum.

GN hoc iuene consideranda est ægritudo, in loco particulari, quæ statis temporibus, non semper contingit, sed habet periodos: Circa maxillam dextram tumor dilatatur à mento ad aures, atq; inter hæc membra medium locum occupat. Audimus primo, antea cum fuit aliqua durities in dextra parte faciei, chirurgum tentasse maturare, ita attraxit materiam, & facta est inflammatio in loco, & cum videbatur illi suppuratio, incidit, & effluxit sanies. Fuit igitur hoc initium, & post hanc duritiem ita curatam ad ulcus deuenit, ita ut certis temporibus in eo fiant crustæ, quæ decidunt adhibitis medicamentis. Nunquam tamen liber est, & etiam nunc fit crusta certis temporibus ac periodis, itaq; cogitur consulere Medicos. Sunt autem tres anni, cum fui Teruisij, & uidi in ea maxilla magnum tumorem, & considerau, & percunctatus de percunctandis, dixi esse propter caliditatem hepatis, ut deinceps ostendam. Et narravit mihi cauterium sibi factum esse in brachio, quod ego non damno, et si in crure maluisse. Exhibui medicamenta disertentia, & refrigerantia. Medici uero noluerunt ea, quæ iussi facere, inde semper incidit in deteriores affectiones. Nunc accessit ad E. V. & fuit aliquo modo curatus, sed non plene liberatus. Ideò rursus querit curationem, ac petit sibi prouideri, ne incidat in talia. Video autem quod habeat ulcus cum eschara, ubi eschara non prouenit à causa externa, sed interna, uidelicet humore acri, & calido inducente escharam, inflammatur locus ille, & fit inflammatio purpurei coloris, quæ tendit ad rubedinem. Et ita ex colore, & ex crusta iudico materiam esse calidam. Talis materia igitur calida est, & adusta, & quia ea defluit, certe defluit ab aliquo termino. Proponuntur duo membra, à quibus potest defluere: ut caput, à quo potest defluere ad maxillam, uel possunt ascendere vapores ab inferioribus per uenas, ergo potest esse à superiori, uidelicet à capite, uel ab inferioribus, ut ab hepate. Quod hic mandat, an utrumque? Ego non possum determinare id, quod non indicetur ab alijs qua ratione. Percunctatus sum, nunquid antea habuerit defluxum à capite, aut apostemata circa Adenas? Nihil dixit prorsus se habuisse, nonnunquam aiebat se catarrhum habuisse. Sed ex interrogatione diligenti non potui rimari, & in coniecturam rationabilem deuenire, quod sit caput læsum. Nam illud membrum, cuius actiones sannæ, læsum non est, nec cognoscimus membrum læsum, nisi eius operationes læsa, siue istæ uidentur, ut sit morbus uel dispositio morbosa. Nec inuenio ista, quæ sensu apparet. Cum igitur non sit in capite læsio, accessi ad alia, & quia omnes humores generantur in hepate, considerau illud. Video in eo colorem subnigrum, amplitudinem uenarum, habet pilos multos in capite, est in alijs partibus sine pilis propter ætatem, est satis musculosus, circa superiora magis quam inferiora. Quæ signa sunt hepatis calidi, nam tales habent sanguinem calidum, qui magis nutrit partes superiores: Est igitur habitus calidi, & hepatis calidi. Cum igitur hepar calidum plus generat de bile, & humore adusto, sanguis duplex est, uidelicet pituitosus, cum non sit perfecta concoctio, & deinde superalatus. In hoc igitur iuene cum hepar sit calidum, in quo generantur quatuor humores, iuxta gradum hepatis plus de calido, uel adusto generatur. Contra, si frigidum, plus de petuitoso, & aquoso humore generatur. Ad tale hepar accesserunt causæ extrinsecæ, quæ id potuerunt præstare, ut fierent ægritudines: Est uenator, exercitatur, incalescit in sole, utitur etiam uinis potentibus, quod inflamat adolescentes. Utitur etiam cibarijs calidis. Habemus hactenus mem brum, quod mandat excrementa sua ad illam partem, habemus terminum à quo fluit illa materia, & terminū ad quem, & quod fluit ad dextrū, quia natura seruat, ^{rectitudinem} fluxu. Vnde Medici cum uolunt auertere, seruant quoq; eam rectitudinem. Defluit igitur materia ab hepate, uel sub forma uaporis, uel humoris, uel utroq; modo. Cur igitur fluxit ad maxillam dextram, non ad brachium? Merito id factum,

factum, quia apparuit durities circa locum illum, & fuit male curata. Cur fuit ibi pustula? Hoc est, ac si quereras, cur in hac parte vulneratus: quia erat illuc commoditas vulnerandi, & ita ibi materia delata sursum. Audiuius etiam, quod male fuerit curatus, habuit duritierum quandam, tentata fuit maturatio, talia calefaciunt locum, & relaxant, sunt enim calida & humida. Vnde Galenus prohibet, dum materia defluit, ne applicentur maturantia. Et est hoc pessimum, præparant enim locum relaxando ad fluxum. Cumq[ue] ita fuerit curatus ab inflammatione, debilitatur locus, & ita paratus fuit, ut fieret imbecillior, & excrementa ad imbecilliores partem mandantur, facta est imbecilla pars ob malam curationem, ob longam ægritudinem, & ita aggregata materia, quam natura expellere tentat. Ac audimus, quod hoc anno peius ivaluit, & inflammatio augetur & minuitur, fixta collectionem materie. Accidentia iam sunt nota. Video duritierum, quæ uidetur esse per totam maxillam, ubi erat eschara. Quæ causa duritiei est? Credo, quod sit materia adusta, quæ permanit in loco, nam cum applicamus resoluentia, resoluuntur tenues partes facile, & crassa permanent, quod facile alteratur, tollitur, terrestre permanet, idq[ue] difficulter dissolvitur. Est hic inflammatione, video foramina, quæ arguum materiam fluere ad illum locum, quæ est acri, corrodens, calida. Et ita credo, quod est materia calida, cuius gradus multi sunt. Si est adusta, petit cutim, epidermin, & fit herpes, & quando magis adusta, fit herpes miliaris, & quanto plus acquirit adustionis, tanto minus serpit: sed magis erodit. Hac materia non est ita in extremo, quæ posset facere herpetem phagædenicum, & ita tenuis non est, ut serpat. Quomodo igitur appellanda, vel lichen vel impetigo? Sed cum habeamus naturam eius, de nomine, non ita sum sollicitus. Potest fieri, quod sit lichen, quia Celsus dicit lichenem occupare locum circa mentum. De nomine itaq[ue] dicam nihil amplius, cum de re, & natura nobis constet. Paucis procedam, quia erat curatus, habet chirurgos tantum sollicitos, ne incidat in talia, quæritur qua arte procedere debemus, ne in talia incurrat. Faciam Prognosticum. Quando deueniet ad maiorem ætatem, fiet adustio humorum quoq[ue] maior, & nisi sibi cauebit, incidet in morbum aliquem malum, ut cancrum phagædenicum. Natura morbi indicat, quid faciendum. Est membrum mandans calidum, generat humores adustos, qui evacuandi. Ne generentur contempora hepar, & membrum, ne recipiat, corroborata. Dua igitur indicationes, una propter membrum mandans, altera propter recipiens. Ego procederem ita: Exquisite purgato corpore, quod optime factum est, ab Excellentissimo Frisimelica, curarem, ne generarentur amplius humores adusti. Ad aliud uero, ad alterationem: quod hepaticus plus aequo calidum debet alterari, proponitur aqua Veronensis Calderiana, quia habet uim refrigerandi, & ultra hoc etiam corroborat: eam uellem exhiberi extra & intra. Audio illum habere tumorem lienis, non mirum, quod eum habeat, quia abundat humoribus adustis. Quare prodest ei ferrum, & electuarium de scoria ferri, quod tollit obstructions lienis. Et laudo, ut singulis annis uatur his balneis. Temporibus intermedij uti uellet eum saccharo rosaceo. Fugiat exercitia ualida, & uimum forte ne bibat, & à cibis calidis abstineat, ac alias res alterantes deuiter. Exterius unguentum rosatum Mesies, & alia possunt adhiberi. Est unum, quod hepaticus non facile potest alterari, ne generet humores adustos. Volo, ut fiat cauterium in crure, quia in omni auerione, ubi terminus à quo & ad quem, non debemus, retrahere per eundem impetum humorum, fluit ab hepate, & uolumus retrahere ad brachium: non retrahes, immo attrahes. Sed tu uolens retrahere, retrahere ad crurum, & impedies impetum humoris. Hoc antea quoq[ue] laudau, & nunc dico, uerum idem repetendo, quod omnino faciendum est cauterium in crure, quia proderit, sicut nocet illud in brachio. Quare id in brachio factum consolidetur. Habeat quoq[ue] rem uictus rationem. Circa locum læsum, quia percipit influxum, laudo succum Sotlati, cum oleo rosato completo, ut in plumbeo mortario, pistillo plumbeo ducatur, hoc etenim repercutiet, & constringet locum ne recipiat, & inflammationem tollat, id quod erit ad præseruandum bonum.

De Aposto-

**De Aposteinatibus cancrosis in naribus
pro Nobili Germano.**

Conſilium VII.

VT possit conseruari atq; etiam præseruari sua dominatio, oportet ut habeat rationem diligentissimam circa omnes res non naturales, & primo circa aërem, cū ferē tota causa sua ægritudinis sit uitio cerebri, quantum fieri potest, evitabit omnes excessus aëris, tam calidos quam frigidos, unde uentos tam australes, quam boreales effugiet, & moram sub sole. Quod si cogatur equitare uel flantibus uentis, uel sub sole, curabit omni artificio, ut muniat caput ab omni offensa. Cauebit à pluvijs, & ne aliquid habeat in capite humidum, neq; capillos madidos, sed confestim si pluvijs se calu obiecerit, exiccatib; caput calidis linteis. Et eadem ratione uitabit loca humida & terrena, & nocturnum aërem, uel noctu apertis fenestris dormire. Cauebit à meridiano somno. Surget diluculo, atq; excretis superfluitatibus consuetis, exercebit corpus, & negocia sua peragat. Post prandium studebit quiescere, neq; scribendo, aut aliquid ubi mentis labor accesserit agendo, se defatigabit. Conabitur iucunde vivere, atq; omnes animi molestias evitabit. Bis tantum in die comedet, neq; bibet intra prandium & coenam. Dum equitat, parce prandebit, uberius coenabit, & hoc erit commune quotiescumque post prandium aliquod magnum exercitium sit facturus. In reliquis temporibus par erit prandium & coena, & neutrum ad satietatem. Ciborum electio talis erit. Carnes iuuenes omnes edat, præter agnorum parvorum & porcellorum: à porcis tamen siue iuuenes, siue senes fuerint (meo consilio) omnino abstinebit. Vitulinæ, castratorum iuuenium, leporum, hœdorum, auium omnium campestrium quæ non degunt in aquis, pullorum omnium, conueniunt. A piscibus cuiuscumque generis quantum fieri potest abstinebit: ab omnibus rebus frixiis in sartagine, à lacticinijs, præcis pœ caseo antiquo, ab omnibus oleribus, præsertim sylvestribus, ab ouis duris: recens tia uero mollia, si in cinere calido uel in aqua decoquuntur, utiliter sumi possunt. Hæc ferē ratio uictus erit illi præscripta. Quantum uero ad medicinas attinet, bis singulis annis ipsum purgandum consulto, autumno inquam & uere, neq; omnino prætermittendum, donec omnino morbus extinctus fuerit. Purgatio erit huiusmodi:

Floris cassiae.

Specierum hieræ simplicis. 3 2.

Cum zuccharo fiat bolus.

Syrupi de fumo terræ simplicis.

Acetosí simplicis ana 3. W

Aqua endinizi.

Misce pro uno, & sic pro quinque. Deinde uero:

Ex Confectionis Hamœch 3 4

Syrupi rosari solutrii

Copyrighted material

potio danda in aurora cum custodia . Poltini
sumat meos syringos de allebara . quorum

*magis illucos tytupos de effebore, quod
ico habetur. Vere autem post cassiam*

Misce, & fiat potio danda in aurora cum custodia. Post hanc medicinam laudos, ut autumno quidem sumat meos syrups de elleboro, quorum descriptio in tractatu nostro de morbo Gallico habetur. Vere autem post casiam assumptam, & unum aut alterum syrum, mittet sanguinem ē uena communī dextri brachij, extrahendo circa uncias quatuor sanguinis; sed postea non sumat syrups de elleboro. Hæc erit

IOANNIS BAPTISTAE MONTANI

purgatio. In temporibus uero intermedijs, ut continuo diuerteratur materia, laudo ut semel in septimana saltem sumat unam pilulam ex descriptione infra scripta:

Agarici electi,	3	2.
Aloes optimæ.	3	4.
Rheubarbari electi	3	3.
Cinnamomi.		
Garyophyllorum.		
Spicæ. ana	3	1.

Puluerizentur omnia per se, deinde misceantur, postea cum succo rofarum puro alpergantur, & dimittantur exiccari, atq; ita iteretur septies. Postea cum melle rosato fiat magdaleon, de quo siant pilulæ singulis uicibus numero tres pro dragma una: ex quibus sumat unam per horam ante coenam, sine custodia, semel in septimana. Deinde permitte sua cauteria in brachijs, sicut sunt, aperta; imo si adhuc his omnibus peractis materia descenderet, laudo ut cauteria etiam multiplicentur, & duo siant circa pulpam & partem carnosam utriusq; spatulae. Circa uero locum nasi, ego nolle transire unguentum infra scriptum, si quandoq; ulcus aliquod emerget, uel persuercent reliquæ antiquorum. Descriptio unguenti talis est:

Tutæ optime preparatæ	3	1.
Succi solatri		
Succi plantag.	depuratorum	ana 3 2.
Olei rosati completi.		3 3.

Atteratur tutia diligentissime in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo: postea paulatim addantur succi, & oleum rosatum, semper magis ac magis confricando cum dicto pistillo per totum diem; ultimo addatur modicum cera liquefacta, & sursum instrumentum pro loco. In singulis septimanis fiat capitis ablutio talis:

Lixiuij dulcis quantum sufficit pro una uice,		
atq; in eo decoquatur agarici,	3	1.
Rosarum,		
Maioranæ.		
Betonica	ana	man. 1.

Et cum hoc lixiuio, & aliquo sapone aromatico abluat caput.

De Apostemate maligno, polypo scilicet in naribus, ad cancrum accidente.

Consilium VIII.

Causa. Nobilis hic annorum triginta, toto reliquo uitæ suæ spacio sanus, & quead sibi uidetur optimæ constitutionis, sub annum ætatis duodecimum, incidit in fluxum sanguinis narium, sine aliqua causa extrinseca notabili. Nihil enim in uictus ratione mutauerat, nisi quod uino utesetur paulo meraciore, non ultra modum tamen, sanguis effluens, sicut & quæ hodie effluunt, ei frigidiora uidentur, is fluxus cum diu duraret, ac quotidie etiam augeri uideretur, ac postmodum cum se in Italiam contulisset, in tantum a cresce

cresceret, ut quotidie tribus vel etiam quatuor uicibus sanguis ē naribus fluere, sine aliquo tamen capitum dolore, eō molestia perdixit hominem, ut cum 9. annis contineat per eam corporis partem natura se exonerasset, ipse contrarium plane conatur, & cum fluxum ui filtere intenderet, consuluit Vrbinum, qui tunc Patauij primus erat, sub annum ætatis 21, qui et si omnino dissuaderet, & hæc incommoda quæ interim secuta sunt, omnia prædiceret, precibus tamen eo perductus est, ut exhibitis medicinis per os, & aperta uena sine localibus sanguinem sisteret. Ipse paulo post bene secum putans agi, sine aliqua uectus ratione uixit. Sanguis autem qui per nares efflueret solitus erat, cū illic impediretur, alias quaesuit vias. Ac primo aures infestans, meatusq; illos obstruens, sensum auditus per sex ferme menses plurimum impediuit; tentauit & oculos, nihil tamen neq; hic neq; illic effluxit. Ultimo usitatam suam uiam aggressus per fauces, & per os partim effluxit, partim in naribus resedit & congelatus est; ita ut cum uī digitis inde eruere conaretur, nares eo pacto quo appetet, deformaret. Hoc ad quinq; annos post illam suppressionem sanguinis factum est: in quo toto tempore nulla adhibuit remedia alia, nisi quod uenas interdum aperuit (sub lingua etiam quandoq; id ter uel quater in anno) & corpus medicorum consilio aliquoies leniter purgauit. Iam quartus annus agitur, ex quo sanguis ille, qui narium meatus (sicut dictum est) obstruxerat, nescio quo pacto colliquatus est, & ipse ad hunc defluxum humiditatis cuiusdam continuum deuenit, ex quo primum alæ narium ruptæ, & deinde apostemata, quæ sub naribus apparent, orta sunt. Continue enim fluit & eum molestat, nisi pannis lineis nares obstruat. In hoc tempore à Chirurgis varie uexatus est, semel potus ligni illi exhibitus est, bis suffumigia duodenis septimanis pertulit, aliquoties etiam pulueribus erodentibus succurrere apostematibus uoluit. Nihil profecit tamen, sed potius fluxum augeri & ualidorem reddi, malumq; latius serpere sensit, ciborum delectum nullum unquam habuit, nisi quod carne porcina abstinuit. Vino satis grandi, non nimis tamen immoderate usus est, in somno & reliquo totius corporis habitu nihil plane sentiens incommodi. Montanus dixit fluxum illum à causa extrinseca uiolenta scilicet sanguinis obstructione ortū: ac Vrbanū dupliciter peccasse: non solum quod fluxum represserit, sed quod eo represso fluxu, nullum regimen uitæ ordinari, nec alias diversiones fecerit. Esse apostema illud polypum completum ex materia adusta melancholica maligna, accedere ad cancrum ulcerosum. Victimus ratione exquisitiore uti uoluit, abstinere à carnibus antiquis & salitis, bubulis etiam & porciniis, ab omni genere piscium, à caseo & lacticinijs omnibus, à frictis in fartagine, legu minibus, & omnibus herbis, comedere tamen carnes uitulinas, hœdinas, pulli iuvenis, far quoq; bene coctum, iura pulli & gallinarum, oua recentia, sorbilia, non dura nec fricta. Vinum bibere tenue, album, pauciferum, pro euacuatione corporis, lenitum dedit.

R. Electuarij linitui 3 12. Bene operatum est, & tinctum aurum quem aliquot diebus senserat, remouit. Syrupus.

R. Syrupi de fumo terræ.

Syrupi de pomis simpl. ana 3 8.

Syrupi Sabor Regis 3 1.

Aqua borraginis. 3 3. Misce pro uno & sic pro alijs.

Post tertium Syrum, extractus sanguis ē basilica dextri lateris, ad 3 7. sanguis niger melancholicus & pituitosus ualde, post quintum syrum dedit hanc purgationē:

R. calciæ nouiter extractæ

3 1.

Agarici præparati.

3 2.

Mis. cum zaccaro, bene eduxit, ita ut ad sensum etiam materiali ex capite descendere sentiret. Post sanguinis missionem & purgationem uoluit, ut nares & locum apostatis inungeret ter in die, tali linimento:

R. Succi solatri purificati

3 3.

Olei rosati puri completi

3 4.

Malaxentur omnia simul in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo, donec crasses
bb 3 fiat. Id est.

fiat. Id est per plurimum tempus, & per 4. horas faciendum, donec limitem spissitudinem aequatur, quo inungat alas narium intra & extra, & ipsum apostema cum pena ter in die, sicut dictum. Hoc unguentum sanum usum est ei, & lenire dolorem flexionis, & ipsum apostema mollescere. Post purgationem die sequenti usus est ante prandium & cenam 3 e. zaccari rosati, sequenti die decoctionem suam ex helleboro exhibuit, cu sacchari sufficienti quantitate syruperat, & in sero lactis caprini, quod calores nimium metuerit, octo uicibus, non sex, ut alioquin solent, totum accepit bene & successit: eduxit enim 7. uel 8. uicibus per diem, sine molestia & lassitudine aliqua, materas nigras & melancholicas. Post hos assumptos syrups alumina adiectum experiri uoluit in loco affecto, ut uideret, si quae remedia fortiora ferre posset, sed id non ita statim succedere uidebatur. Itaque post absolutos syrups ad operam manualem ascendendum statuit, dum corpus purgatum esset. Vocatus Chirurgus, omnia experientia duxit, antequam ad ignita cauteria accederet, quod malignitas ulceris supradictum unguento remota esset, ita ut caustis facile cessetur uidebatur. Propter suspicionem igitur morbi gallici, quod eo illi laborasse, nec bene curatur esse, Vuula ablata & signa uero cerum (haec sanata) in fauibus ostenderet, uoluit ut ligni potum assumeret, id est Eum iuxta ordinationem Montani. Chirurgus postea loco unguenti applicauit emplastrum diachalcitis, & aliquot diebus post, pulueres quos arbitramur ex Mercurio sublimato esse. Sed uidebatur res uergere in deterius. Ideo Montani consilio Venetis abiit ad ueterem Chirurgum Treuisianum, is statim pro secundario decocto aliam aquam bibendam exhibuit, ex decocto certarum radicum, quam etiam inspergebat naribus primo, deinde aperuit eas aqua erodente, intincta in illa bombice, & impollita quatuor uel quinq uicibus, apertas deinde sanavit emplastro diajompholigo, ad discessum cauteria fecit in utroq brachio, prope posteriorē partem humeri, ut divisa magis per opposita fieret; quia uero tumor sub naribus erat, pulueribus erodentibus, & unguentis dictis erodere nolebat. Ultimo aduissit ære ignito, & postea subito cerussam coctam adhibuit, ad prohibendam inflammationem, deinde unguento diajompholigo sanavit. Rubedinem uero reliquam unguento masticino sustulit. Ultimo canaliculos plumbeos fieri curauit, quos naribus imponeret, ne meatus iterum obstruerentur, & uel similia uel deteriora causarent symptomata. Ita ex parte restitutum dimisit.

Pro quadam Polono narium ulceribus laborante.

Consilium IX.

g. Tutiæ preparatae

3. 1.

Olei rosati

ana 3. 2.

Succi solani

Ponantur simul in mortario plumbeo, & malaxentur cum pistillo plumbeo, tam diu, donec habeant consistentiam conuenientem. Postea cum medico ceræ liquefactæ fiat unguentum molle, & seruetur ad usum.

Aliud.

g. Sacchari

Iib. 1.

Salis communis

ff. 5.

Aluminis rochæ

3. 1.

Misce & distillentur in Alembico.

Guttula una immissa in pustulam, exiccat, sanat & incarnat.

Ad ambustionem faciei.

g. Corticum interiorum sambuci

Olei rosati completi

Cerussæ

Misce & cum modica cera fiat linimentum.

ff. 5.

Profru

Pro struma gutturis. Consilium X.



Irica rationem uictus, uitetur aqua cruda, frigida, cibi crassi, & uiscidi, utatur aqua cocta, aut uino paucifero. Octauo quoq[ue] die, id est, quater in mense accipiat Agarici præparati 3 l. s. uel 3 2. in forma pillulari, sub decubitu, modo uerseri incoenatus dormiat, primis octo diebus a principio, lambendo mane, sumat mellis rosati 3 l. uel 2. postea loco huius, oximellis Scillitici tantum per quindecim dies. Exterius uero applicet linimentum tale:

Rx. Ammoniaci

Bdelliij

Hysopii humidæ ana 3 1.

Adipis porcinæ eiusdem anni 3 2.

Croci

3 2.

Dissoluantur gummi in aceto, deinde reliqua misceantur secundum artem, & cum modico ceræ fiat linimentum. Ac cum uoluerit locum abluere, utatur ad hoc uino albo.

Ad idem aliud remedium.

Fiat fomentum in loco, cum decocto chamomillæ, anethi, & radicum altheæ, spongia in eo madefacta. Deinde inungatur unguento Dialthea, & applicetur lana succida, & hoc bis in die. Deinde:

Rx. Agarici præparati

Rhabarbari electi ana 3 2.

Garyophyllorum

Nucis Moschatæ

Zingiberis ana 3 2.

Puluerizentur, deinde misceantur & fiat magdaleon, de quo pro singula 3. fiant pillulae tres, quas sumat bis in septimana, hora una ante coenam.

Ad contusionem brachij per casum cum equo.

Consilium XI.

Ommendator Cypri, cursu equorum cum Duce Vrbini, priore de Roma & alijs, certans ad S. Antonium, forte fortuna cum suo equo tanto impetu, in alium quendam irruit, ut uterq[ue] cum equo prosterneretur, & ipse Commendator cum suo in brachium cecidit, ita tamen, ut nec fractum esset quicquam, nec loco suo remotum, ob metum tamen & subiectum timorem, nec mouere poterat commode sursum necq[ue] deorsum, nec animo praesenti admodum erat. Montanus uocatus, intellecta forma, quomodo cecidisset cum equo in latus, & uiso brachio, non inuenit alicuius periculi signum, sed brachium ei ad omnes partes torquere nitebatur, quod satis prospere successit, & quia animo cōturbato erat, nec satis praesenti, iussit, ut aquam rosarum arte mixtam, illi olfaciendā propinarent, statim etiam exhibuit cystere commune, ex oleo & melle rosato, in brachio exterius supra radium & cubitum apparebat paruuus tumor, quem cum tangeremus, maximo afficiebatur dolore, eum locum Montanus hac fuit decoctione:

Rx. Absinthij M. 1.

Furfurum subtilis. M. 6.

Adipis anseris. 3 1.

Olei rosarum 3 3.

Misce & decoquantur in e. q. aquæ. Humerum & totum collum, in quo etiam dolores patiebatur ex casu, unxit hoc oleo:

Rx. Olei rosati completi, olei de absinthio ana 3 1.
bb 4 Iussit &

IOANNIS BAPTISTAE MONTANI

Iussit & incidi uenam basilicam ex latere opposito sinistri brachij, & extrahi sanguinis 3. cibum concessit eo uesteri panatellam ex brodio caponum, & contusum pulli eiusdem. Voluit enim in principio liberalius nutrire ægrum, ut si opus esset in statu facilior de cibo subtrahere posset, potum dedit aquam coctam cum zaccaro, & in ea oximel.

Contra modernos, qui principio nimium detrahunt, & ita debilitant ægrum, ut in statu postea cum defecerint ex inedia uires cum summo interdum periculo nutritre liberalius cogantur, eo tempore quo cum morbo maxime natura occupata, cibo non onerari debebat. Sequenti die hora una ante prandium, sumere iussit hunc bolum;

R. Floris cassiae 3 10.

Rubeæ tinctorum puluerizatae 3 6.

Misce, & fiat bolus. Hoc seruato regimine euasit.

Ad abscessum exulceratum mollificandum & abstergendum.

Consilium XII.

R. Hæsyphi cerati descriptione Philagri 3 10.

Extendatur &c. aut sic:

R. Diachylon siue gummi.] ana	3 2.
Dialtheæ.		
Myrræ.		

Bdellij.

Cum modico ceræ, renouetur ceratum, & extendatur in corio perforato in medio, & applicetur loco, ne attingat os abscessus.

Item **R. Mellis rosati.**

Terebinthinæ. ana 3 6.

Farinæ hordei mundæ 3 2.

Misce, & singulis uicibus addatur modicum uitelli ovi, & ponatur in filamentis, & imponatur in Apostemate pro digestione.

Ad uulnus in brachio tumefactum.

Consilium XIII.



Rachium quidam habuit tumidum, quod musculus exterior Iæsus fuit ex istu. Aderat nonnulli materiæ, & præterea duo ulcera saniosa. Montanus pro resolutione illius materiæ hoc adhibuit.

R. Radices consolidæ maioris. N 3.

Bullant in uino claro minime austero, cum modico melle rosato. Deinde facta diligenti expressione & colatura.

R. Farinæ fabæ & hordei. ana M. 1.

Misce cum colatura & tumor i apponatur.

Erat is tumor in articulatione ulnae cum humero, ita quod illius articulationis motus omnes amiserat; extensionem, reflexionem & in circulum ductionem.

De brachio

De brachio uulnerato, & omnium principalium
membrorum influxu destituto.

Consilium X IIII.



Istoria clara est, & satis constat quod multiplex sit laesio in illo brachio, & quidem tot modis quot sunt principia. Primo est principium sensus & motus. Secundo, principium uirtutis uitalis. Tertio, principium uirtutis nutritivae. Et quodlibet horum principiorum habet suos riulos. Primum sunt nerui, per quos derivatur uirtus sensitiva & motiva; per arterias defertur calor & spiritus: per uenas uis nutritiva ab hepate. Hi tres riuli sunt aliqua ex parte laesi, & secundum huius laesiones proportionem est affectus. Arteria fuit incisa & neruus. Et nos ex quadam necessitate consequentiae concludimus, licet medici id nobis non indicent, quod etiam uenae sint laesae. Hinc sequitur quod non nutritur, quia uenae non deferunt sanguinem, & percipit etiam perpetuam frigiditatem in isto brachio. Motus laeditur propter neruos: sensus etiam. Haec est res quae sensu patet. Sed illud est dubium, utrum hi riuli, scilicet nerui, arteriae & uenae, ita sint incisi, ut nulla planè sit continuitas: an sint ex parte incisi illi riuli, an planè non sint incisi, sed potius propter materiam influxam sint obturati? Ego incipiam ab arteria & uena. Oportet credere historiae. Omitto puncturam illam factam ex vulnere: sed quia fecerunt incisionem magnam, & cauterium etiam adhibuerunt Medici illi pro sanguine fistendo, quod cauterium adurit uenam, & obducit callum, & sic constringitur: ergo probabile ualde, quod illa uena separata sit in totum: & quia ignis exicit, & hinc uena facta breuior, & sic non potest bene continuari, quia ad hoc ut continuent & consolidentur, requiruntur duo, ut sint molles, & ut se invicem contingant. Sed hic sunt duo: Primo, ignis qui aduisset, & fecit partem duriorem. Et secundo etiam breuorem: & sic & propter duritatem, & propter breuitatem non potuerunt haec continuari, & sic non est liber transitus sanguinis & spiritus ad partes inferiores. Et ita credo, quod illae uenae & arteriae sunt incise, & habeant cicatricem non facile consolidabilem. Vtrum sint omnino interceptae & separatae secundum totum, & quod partes planè distent, & factus sit callus tam in parte superiori quam in inferiori? Ego non possum certo dicere, sed credo quod plane sint discissæ, & hoc ex coniecturis meis dico. Quo ad neruos est facta laesio. Motus revolutionis in manu & erectionis est impeditus, & nonnullorum digitorum: & credo, quod omnes illae laesiones non sint aequales, & non omnes ex vulnere. Nam illi nerui qui sunt incisi ex vulnere, non recipiunt curationem, & non possunt consolidari: & cum sit vulnus in una parte, non credo, quod omnes nerui sint aequaliter laesi, sed facto vulnere, debilitatur locus, & ita affluit materia, & recipitur etiam in neruis, & propter frigiditatem & crassitudinem illa materia non facile resoluitur, & sic facta est obstruacio. Et non solum haec laesio est ex vulnere, est etiam laesio in sensitivis neruis, & etiam motiuis, & sic credo illam laesionem neruorum esse ualde diuersam, & non solum ex vulnere. In superiori parte etiam non habuit motum: nunc autem incipit mouere humerum, cum antea non potuerit, quia materia affluxit ad illam partem. Vnde saepe euenerit, quod vulnerato pede fit bubo, propter interceptionem materiae. Ergo nunc mouet humerum propter medicamenta quae adhibita sunt. Ergo quantum est incisum, est incurabile, & quo ad neruos, & quo ad uenas & arterias. Qui uero sunt obstructi & refrigerati propter affluxum materiae, hi poterunt curari, & maxime cum antea fuerit catarrhus: non enim potuit mouere humerum, quem iam mouet. Quantum ad torturam oris sum anceps, an aliquid sit incisum: audio ramen, quod continue melius habuit, & sic credo quod etiam materia defluxit ad illum locum. Sed quod est incisum non curatur, quod tamen certo non scio.

De cura:

De cura. Omnino tentet resolutionem, & non potest sequi nocumentum, si recte fiat ea resolutio. Utatur perpetuo resoluentibus, sed misceat cum mollientibus, ne quod subtile est resoluatur, & pars gypsea relinquatur. Utatur ergo his inuicem. Mollientia sunt calida & sicca in secundo gradu, quia materia est crassa, ut crocus, bdellium, myrra. Emolliatur cum pinguedinibus & oleis, ut oleo amygdal. dulcium & chamomelino: item lapide pyrite, quod Gallenus dicit esse magicum. Vtrum lumen Sancti Bartholomaei conueniat & foueae illae: Placerent, sed oportet considerare quod ad illa, ualida resolutio egemus multa præparatione corporis, & est corpus caco-chymum, & hoc tempus ineptissimum est pro purgationibus, & maxime in corpore cholericō, ut istud est. Ergo balneum differatur usq; ad Septembrem, & quia corpus non est præparatum, opportunum tempus expectetur. Interim tamen aliqua cerata vel emplastra applicentur, ut est oxycroceum illud, quod ponatur supra totum brachium, & singulis quindecim diebus remoueatur. Hoc consului in quodam iuvene nuper, qui amiserat motum in brachio, & nunc optime incipit se habere, & mouere brachium.

De Tuberculo circa Thoracis regionem lateris sinistri, pro generoso Domino à Stu-
benberg Germano,

Consilium XV.



Vberculum vel eminentiam illustrissimi domini circa thoracis regionem tam in posteriore quam in anteriori parte existentem in latere sinistro, sicut esse non puto, propter luxationem alicuius vertebræ vel ossis in thorace, ita credo fieri non posse sine aliquo leui motu eorundem ossium a proprio situ, quem parathrasin Græci appellare consueuerunt. Indicio est maxima durities in parte eminenti apparenſ, quæ a nulla scirrhi specie produci posset. Cum ex ea uero nulla adhuc actio impediatur sensibili nocumento, ideo præseruatione potius indiget quam curatione. Præseruabitur igitur primo cum recta uictus ratione, deinde cum medicamentis commode applicatis. Quantum ad uictus rationem attinet, non erit in primis contemnenda aëris dispositio: nam & maximum frigus, & ingens calor, æqualiter contrarijs rationibus nocere possunt. Vitabit etiam usum balneariorum aquarum calidaru, & diutinam moram in vaporarijs nimium calefactis. Utetur moderato exercitio, præcipue inferiorum partium, deambulando commode: etiam brachium dextrum exercebit cum ense, aut aliquo tali instrumento. Luſtam fugiet, & omnia exercitia, in quibus uiolenter brachia utraq; & thorax concutitur: saltus etiam ab alto, & equitationes equorum robustorum, qui totum corpus valde concutiant: absoni etiam clamores & cantus nō modice nocebunt: lectio, tu etiam locutio temperata proderit. Nocte dormiet sublimi capite, in dextrum potius latus quam sinistrum. Cauebit a ualida tuſsi & sternutationibus, quæ si illi occurrerint, omni studio sedabit. Circa cibum & potum, primum cauebit ab omni uino dulci & crasso, vel turbido: propterea & mustū maxime evitabit. Abſtinebit a fructibus, præcipue uuis, & pomis, & castaneis, ab aliis palustribus, a radicibus, sicut daucis, rapis, coepis, allijs, & deniq; ab omnibus quæ flatum plurimum pituitamq; crassam generant. Ideo & fungos effugiet, & omnia leguminum genera. Unico obſonio contentus erit. Bis tantum in die comedat, necq; inter coenam & prandium potabit, compotationes tanquam pestem effugiet. Quantum uero ad medicinas attinet, laudo ut bis in anno corpus purget, posse ritq; huiusmodi esse purgatio:

R. Spec

Et Specierum hieræ simplicis. 3 2.

Floris cassiae 3 10.

Cum zuccharo fiat bolus, sumendus in aurora, uel tribus horis ante prandium.

Et. Oxytellis squillitici.

Syrupi de cichorea Nicoli ana 3 1.

Aquaæ Marubij 3 4.

Misce pro uno, & sic pro septem. Quibus eibitum sumas pharmacum, quod habet:

Et. Confectionis hamech. 3 4.

Syrupi rofati solutui. 3 4.

Cum aqua betonicæ fiat potus brevis, sumendus in aurora cum custodia.

Hæc purgatio & in mense Martio, & Autumno post medium Septembrem singulis annis repetenda erit. Temporibus uero intermedijs utetur zuccharo rofaco quam frequenter poterit, ante prandium, ad semunciam. Quod si interim aliud astricte fuerit, lenietur commodissime cum terebinthina Cypria, de qua sumat tribus horis ante prandium pondus duarum drachmarum. Loco uero eminenti tam anteriorius quam posterius applicabit cerotum de betonica, uel de gumma Helemi, uel utruncq; simul æquis portionibus confectum, sine quo neque interdiu manebit. Optimum præterea erit, si supra applicatum cerotum fascia ligetur, quæ ita locum dolentem astringat, ut non inde tamen impediatur motus thoracis, uel augmentum, aut alimenti transitus prohibeatur. Hæc si diligenter obseruauerit, spero suam Dominationem præseruandam fore à maiori incommodo, & illud quocq; quo nunc uexas tur, esse remouendum, cum laude optimi Dei, cuius nomen sit benedictum in secula.

Ad Scirrum in pectoris parte anteriori iuxta Xiphoides.

Oueatur decocto maluæ, betonicæ, Ireos, hyssopi, Chamæmeli, & apponatur una Fuentum de Aefypo ex descriptione Philagri.

Pro Domino Andrea Polono in pectore, eius uero fratre in capite uulneratis.

Consilium XVI.

Vlnus Domini Andreæ erat inter secundam & tertiam costam uersus concavum pectoris. Idcp; non amplum valde. Propter dolorem tamen, quem circa os pectoris sentire se dicebat, profundius uidebatur, nec multum sanguinis effluxerat: ita ut adhuc locus sanguine repletus uideretur, qui arte eliciendus & extrahendus esset. Montagnana & alter Chirurgus, ac item Phrisimelica, pulmonem uulneratum esse arbitrabantur, idcp; colligebant ex sanguine spumo, ac quia manus ad uulnus applicata, sentiebat aërem egredi. Fratris uero vulnera in capite per se periculosa non erant, nulli quod sanguinis maxima copia effluxerat, ita ut restinguiri quasi non posset, faciei color permutaretur, & pulsus etiam appareret admodum debilis, suppresso tamen sanguinis fluxu, redibat uirtus, ita ut statim omnes sperarent melius.

D. Monte

D. Montanus: Clarissimi Doctores, profectio uulnus istud est consideratu dignum, penetrat ad cauitatem pectoris, sed non est clarum, utrum penetret ad pulmonem: apparet sanguis spumosus, hoc fit in omni uulnere pectoris. Ex continua enim exspiratione & inspiratione fit sanguis spumosus, uideremus exire aerem, quod ipsum etiam usitatum est, in omni uulnere ad cauitatem pectoris transeunte. Nec difficultas anhelitus arguit necessario uulneratum esse pulmonem. Impeditur enim spiratio statim cum uel musculus aliquis, uel aliud membrum faciens ad motum Diaphragmatis & pectoris leditur. Cum autem pulmo uulnus uel ulcus simplex habet, non fit difficultas anhelitus, & hic praeceps dolor circa uulnus facit, ut ob eam causam non ita dilatetur pectus, & quia per uulnus expiratur aer, ideo anhelitus est diminutus. Vtrum igitur sit uulnus in pulmone an non, non nego neque affirmo. Sed potius uideatur quod non, quia uulnus est circa secundam costam, quoque non extenditur pulmo. Sed istae sunt conjecturae, processu temporis uidebimus ueritatem, sanguis est circa diaphragma, quod ne congelatur uideendum est, & cum hodie accessi, nullum animaduertere potui pulsum, adeo ut ipse etiam uulnus letale crederem. Videndum igitur si quid sanguinis ibi remansit, ut incidatur & expellatur. Quod ad medicinas attinet, Hippocrates & Galenus in uulneribus pectoris ab omnibus restringentibus cauendum scribunt, praeterquam ab oximelite. Nam illud solum non exasperat pulmonem, ideo eo hodie contentus essem, & quoad cibum, iudico sufficere hodie panatellam. De altero qui in capite uulneratus est, quoniam sanguinis fluxus est restinctus, melius sperabimus: cum praesertim uulna ex se se non letalia esse intelligamus. Venam non incidentam iudico, quia plu-
tum sanguinis effluxit, cibabitur quoque panatella, impositum est clystere pro diversione utriusque, & quia Andreas sitiebat admodum, ordinatus potus ex hordeo & saccharo, & oximelite, & rubea tinctorum, qua sanguinem concretum excerneret: iussus etiam in eodem latere recumbere, ut sanguis ex uulnere effluere posset, quod & factum.

Pro eodem, Consilium XVII.



D. Montanus improbat bolum

Vinta Junij, quae quinta etiam erat dies accepti uulneris, corripuerat eum ingens tussis, expuerat sanguinem usque ad 6. 3 & amplius, & aperto uulnere inde etiam aliquid effluxerat. D. Phrigimelica exhibuerat cal-
fiam, ut leniret aluum duriorem, addiderat aliquid boli Armeni ad exi-
candum pulmonem, quem uulneratum arbitrabatur, eodem quod sanguis
qui effluxerat ex pulmone ex parte uiuidus & spumosus esset: adiecerat etiam aliquid
Armeni, rubeae tinctorum, si quis adhuc restaret sanguis grumosus aut congelatus. Postera die
quia exicebat vocati ad Collegium Montanus & Phrigimelica a Chirurgis, & consulti, an esset inci-
dendum uulnus, & paulo amplius aperiendum, & uterque Chirurgus arguebat quod
sic, propterea quod metuerent, ne si materia retenta, non posset libere exire, genera-
ret inflammationem, & quidem id faciendum cito antequam dilabatur uirtus. Phri-
gimel, eti pulmonem arbitraretur laesum, noluit tamen admittere ulteriore incisio-
nem, quod orificium fatis amplum ad immittendas tentas uideretur, & esset pericu-
lum de dolore in illis partibus sensibilibus admodum, ne is attraheret materiam, &
causaret inflammationem nouam. D. Montanus ita ratiocinabatur: Duo nobis pro-
ponuntur querenda: quae dispositio sit uulneris intrinsecus, seu quo terminetur, &
quale ac quantum sit extrinsecus, id est, de principio & fine querimus, & utrumque nos
dubios facit, & in cura & in prognostico. Nondum determinare possum, an ueniat ad
substantiam pulmonis an non, cum uideam & satis etiam explorarint Chirurgi, ule-
nus per transuersas partes inflictum a dextra uersus sinistram, non recta a parte an-
teriori pectoris ad posteriorem, quod satis apparet ex impositione tenta, & idem
uinus ad secundam costam est valde edito & alto loco: ideo suspicor pulmo-
nem non esse laesum. Deinde si laesum esset pulmo, laesum esset superior locus, ac esset
uulnus

vulnus profundum in eo, & saeuissima sequentur accidentia, ac inflammatio etiam ex qualibet leui causa, quia pulmo, propter multam suam humiditatem (sive substantia sua sit sive excrementalis & aduentitia, ut dubitat Avicenna) in eo existente, aptissimus est ad putredinem, ut in multis locis testatur Gal. Item 5. Met. dicit Gal. quod ex parua uena rupta in pulmone, tantum sit periculi ab inflammatione, ut post triduum ne minime uiderit curatū. Quomodo igitur hic uulnerato pulmone tanto uulnere potuisset perdurare tam diu: est hodie quintus dies cōpletus, & non appetet inflammatio facta post uulnus. Quod autem exeat sanguis ex uulnere, non est mirum, est uulneratus musculus, in quo venae sunt semper, quae una lēduntur, & nihil frequentius, quam ex uulnere sanguinem fluere. Quod autem sanguis ille spumosus uideatur, non mirum est, uidetis aerem ingredi per uulnus tanta copia, ut egrediens iterum extinguat candelas, huic cum permiscetur sanguis, fit spumosus cum tali agitatione excernatur. Quod autem per tuſsim exeat, fit, quia transit ad pulmonem, & illud solum est quod metuo, ne sanguis ille erodat illam exteriorem pelliculam pulmonis, & ad substantiam pulmonis perueniat, & in ea remaneat, ac tandem putrescat, ac ita sequatur phthisis, maxime in iuvene humido & pingui, in quo abundat materia, & meatus sunt angusti. Cresdo igitur pulmonem non uulneratum, sed sanguinem ex laesis partibus ad eum defluere, & postea per tuſsim expelli, nec habeo signum adhuc, substancialiter laesum esse pulmonem, ostendens. Cum igitur terminetur uulnus ad pulmonem, ut credo, indigemus maxime exiccantibus & abstergentibus sine astrictione, quia totum periculum ei est a sanguine, qui non potest exire, & congelari facile retentus poterit, quens cum rebus astringentibus faciemus crassiores, & minus obedientem: consolidabimus etiam locum citius quam oportet, cauerem itaque ab astringentibus, & adhiberem potius abstergentia, quae essent subtilis substantiae, & exiccent unā, quo prohiberent putrefactionem in membro alioqui humido, ea tamen tenuis substantiae esse uelim, & minime erodentia, ne excitarent tuſsim. Vterer igitur aqua fontis, mixta cum pino albo tenuissimo, quia tale est leuis substantiae, & habet uim penetrandi, nec ita potens est, ut calefaciat, cum tenue sit & dilutum etiam. In eo coquerem hordeum, quod abstergit & exiccat, sed sine erosione & adstrictione. Adderem rosas in aliqua quantitate, quia Galenus lib. tertio de simplicium facultatibus, capite de rosis, dicit eas habere astrictionem lenem, scilicet in primo gradu, quae non erodit, nec astringit nimium, sed adiuuat penetrationem & exiccat. Velle etiam ponere aliquid de Bezonica, quae exiccat & corroborat membra, & pectori conuenit. Adderem & rubeam tinctorum, sed in modica quantitate, si quis restaret sanguis grumosus, ut eliceretur, hinc decoctio adderem zuccarum, quod abstergit, ipsum etiam zuccarum candi rosatum, quod quia abstergit sine omni erosione, etiam oculorum collyrijs utile est, & hoc decoctum iniijcerem in locum uulnus.

Nunc de altero, uidelicet de principio uulnus, & an uideatur dilatandum esse, ut uterque Chirurgus arbitratur, & quidem primus ratione ipsius uulnus, non recta procedentis ad cavitatem pectoris, sed per sinum seu angulum quendam id faciendum existimat. Alter uero, qui secundo loco dixit eum sinum non esse ex natura uulnus, sed putat penetrationem factam inter musculum & musculum, uel ex putredine media, quae ad ea loca fluxerit, uel etiam ob magnum eum & violentum motum tuſsis, quod ualde fit uerisimile, eò maxime, quod primo rectitudinem percepit cum stilo, nunc uero non, sed quicquid sit ea cavitas, in profundo est sub musculo, queritur an sit incidens orificium? ego credo quod non. Primo, quia si fiet apertio uulnus erit magnum periculum cum pauca utilitate, quia utilitas tantum ea est, ut natura habeat commodiorem exitum, habetis orificium satis amplum, pro tentis imponendis, & exitum sanguinis etiam satis pro re & opportunitate copiosum: & materia, si quae inter musculos defluxit, medicamentis concoqui & educi potest, & si fieri incisio debet, erit

bet, erit ea aut superficialis, & in cute tantum, quæ nihil proderit, quia angulus ille in profundo est, aut profunda erit incisio, hæc non erit sine periculo, & abscondetis mulcilos, quod absq; dubio motui nocebit. Deinde sum cum excellentissimo Doctore, qui dixit rem fieri non posse sine grauissimo dolore, quia membra sunt valde sensibilia. Dolor uocabit materiam ex corpore abundante humoribus ad partem affectam, sequetur inflammatio, tussis, ac tandem putredo etiam ex sanguine illo retento & incrassato. Tertio, in quarta die, quæ est indicatrix septimæ, peius habuit: orta tussis, & effluxit sanguis, ideo dimitterem eum usq; ad septimam, & non potest etiam fieri ante septimam, ideo donec ea transiret, starem interim in istis. Curatus est sine ulteriori incisione, & quidem integre.

De muliere cancro laborante in mamillis.

Consilium XVIII.



Abus ex Chirurgo. Agitur secundus annus, quod laborauit Apostematis in mamillis duris & melancholicis, quod ostendunt uenæ magnæ, humore melanch, referta, & color & dolor etiam cancerositatē ostendit, & locus etiam, quia in mamilla solent esse melancholica & cancria. Causæ uidentur duæ: Primitiua, uia est uestimentis duris, circa eas partes, thoracibus scilicet illis solitis, qui causarunt dolorem, ratione cuius attractus est sanguis ille melancholicus. Non habebat postea menstrua, & erat sterilis, unde facile potuit abundare sanguine melancholico. Cura mirabilis uidetur. Prima uia est: cum inustione mamillæ totius, sed ea non est rationabilis Chirurgi, sed carnificis. Alia est cura, qua possumus progreedi ordinato regimine rerum non naturalem & euacuato corpore, quia apostema nec profundum, nec malignum, nec solidum, ego consolidatione procederem, & postea uterer unguento de palma, & consolidante Galeni, uel etiam linimento simplici. Ad reliqua apostemata defensiu uterer, ex oleo rosaceo, bolo armeno, & paucō aceto. Contra dolorem acciperem linimentum cum succo solatri, aut semperiuæ.

Phrifemelica: Sermo clarissimi Doctoris, breuis quidem, sed refertus sententijs, ut ferē dixerit omnia. Vnde ego potius confirmando & dilatando quædam dicam, quam innouando. Historia hæc est: Narratur, quod cum coniuncta erat uiro, nunquam prægnans erat, & tamen habebat menstrua debita, postea uidua per sex annos desierunt menstrua. Agit iam annua sexagesimum, nec mirum si in quinagesimo tertio, aut quinquagesimo quarto desierunt menstrua, ante annum usq; est uestimentis durioribus, pressa mamilla, accersit humores in tribus diuersis locis, qui nunc in tumores magnos excreuerunt. Heri effluuebat sanguis, & sentit defluxum à capite ad illos tumores, nec percipit dolores, etiamque comprimuntur digitis tumores illi, temperatura totius corporis calida & humida. Venæ latæ, optimi sensus, & ingenij, & membra principalia conueniunt. Dispositiones præter naturam tres patiunt, quæ in quo genere ponenda, & quæ earum causæ quærendum. Tumores sunt duri. Valde igitur crediderim, prius scirrum fuisse, nunc cancrum. Sunt enim quidam scirri, qui facile in cancrum conuertuntur, ut scirri ex melancholia, qui uero ex pituita, nunquam in cancrum deueniunt, sed potius indurantur in lapidem. Quod autem fuerit scirrus ex duritate & priuatione sensus colligo. Quod autem cancer ex tumore duro & uenis, latis & apparentibus 38. Aphorist. 5. & in libro de tumoribus præter naturam, color etiam liuidus attestatur humorem melancholicum.

In que

In quo genere cancri, an ulcerati? dico quod unus est ulceratus, alijs duo non. Vnus in mamilla, alius sub ala, tertius prope caput. Mamillam facile incurtere in cancrum manifestum est, quia rarius est & imbecilla, non habet uirtutem aliquam expulsivam, & multas recipit superfluitates. Causa efficiens fit maxime ab humore melancholico crasso, cum leni adiustione. Non enim potest esse magna adiustio, cum non percipiat magnos dolores. Quod autem sit humor melancholicus testantur uenae crassiores, liuidae, repletæ sanguine crasso, tendente ad nigredinem, non rubeo, & facile effluit sanguis ex ulcere & alijs partibus. Vnde profluit sanguis ad eas partes. Potest ab omnibus membris eo manare, sed maxime a capite eum defluxum sentit. Caput calidum & humidum, & supercalefactum unguentis, quibus utuntur ad capillos. Crediderim tamen etiam aliorum membrorum uitio manare illuc. Hepar calidum & siccum facit sanguinem crassorem, nigriorem & inutilem magis, eo se exonerans, mittit ad loca imbecilliora, abundant & reliqua membra superfluitatibus, nunquam concepit, & aliquot fam annis non est purgata. Licet enim sit sexaginta annorum, tamen ut Aristoteles inquit, de historia animalium, etiam cum desinunt conueniente tempore, tamen abundant superfluitatibus. Habuit etiam superiori anno febrim, in qua non purgata, nec missus sanguis. Haec omnia auxerunt superfluitates in corpore & excrementa: sed quia non erat locus aliquis debilior, ad quem transmitterentur, non apparebat tumor. Postea accessit contusio in loco raro & imbecilli, ideo ortus dolor, & superfluitates eodem missæ. Haec sunt res præter naturam quæ remouendæ, superfluitates euacuandæ. Sed hic uidetur, quod non possit commode: materia enim crassa est, quæ percuti non potest, digeri uero aut resolui multo minus, nec ad alias partes facile diverti. Nec uidetur aperiendus, non poterimus nec abstergere, nec exiccare, nec curare ulcus, quia iecur est male affectum: semper mittit eo humorem ad ultimum melancholicum, & inimicum naturæ. Paulus in quarto, capite 1. ex sententia Aretei. Si igitur erit modus aliquis curandi erit is, quem dixit Chirurgus doctissimus, integra curatio institui non potest, ne acceleremus mortem. Quid igitur faciendum? Quia morbus est qui curari non potest, uidendum ne ingrauescat, et ut sit mitis, quantum fieri potest, & cum operationibus tam bonis quam potest, ne siant symptomata grauiora, & dolores maiores. Primo agendum, ne augeatur dolor: remouenda causa defluxus materiæ ad locum, euacuando materiam in loco iam existentem: Id est perpetuo, si defluxus prohiberi non potest. Primo totum euacuarem, præmitterem cassiam uel mannam, aut aliud Pharmacum lenius, decoctum epithymi. Post secarem saphenam eiusdem lateris: non pro euocandis menstruis, quia tempus non est, sed pro diuersione materiæ, & mitterem copiose, quia assuetata est, & abundat multo sanguine. Post deuenirem ad coctionem materiæ, cum polypadio, & respicerem ad capitum roborationem. Syrupo rosato denique euacuarem, cum decocto epithymi, & si alia ferret, decocto hellebori cum Reubarbaro uel confecto Hamech, uel pillulis cochis cum helleboro. Secundo prohiberem, ne generaretur plus materiæ: euacuato corpore iam in Vere, tempore idoneo, institerem uiuendi rationem; uictum attenuantem, uinum non nigrum, nec forte, carnes laudabiles, ut caueret omnia quæ generarent melancholiam. Quod si uictus ratio non sufficeret, superueniente autumno, iterum purgarem: singulis etiam mensibus uterer lenioribus. Tertio roborarem membra trochiscis de viperis, & locum affestum ne reciperet, ulcus uero non negligerem, uterer reprimentibus & remittentibus calorem, & malam qualitatem ulceris & doloris, ut unguento ex calce lota, & oleo rosato, dum dolores uehementiores, uterer roborantibus locum non relaxantibus. Metallica optima exiccantia: unguentum ex thucia, cadmia lota. A calidioribus cauerem, ne traherem materiam ad locum, ex quo tandem sequeretur mors: caput curarem, ne transmitteret. Materiam diriuarem caput purgatis per nares, masticatorijs per palatum: sanguis fugæ sanguinem tenuiorem euacuant, & non crassorem,

siorem, quo nos hic molestamur. MONTANVS: Confare primum de natura morbi oportet: si uolumus curare morbum, incipiendum est ab his quae apparent sensu. Est enim Medicus artifex sensitius, ex sensu iudicans ea quae latent. Quod ad sensum attinet, apparent tres abscessus, non unius materie solum. Sed unus & idem etiam morbus diuersam habet materiam, ut patet ex his quae apparent. Abscessus qui est prope collum, ad latus sinistrum, est albus, sine uena accidente, est minimus sensus, & est durior duritie teniente. Nihil dolet ibi, nec nigredinem habet, sed est albus colore naturali. Ergo scirrus est dependens a pituita. Nam 5. libro de simplicibus & decimotertio & decimoquarto Methodi & alibi, per albedinem distinguit Galenus scirrum a phlegmate ortum, a scirro melancholico, per sensum ab apositemate, & per duritatem ab abscessibus alijs. Et ratione loci est circa tendinem & finem musculi, qui locus est determinatus scirrhis ex pituita. Ille igitur est simplex scirrus, dependens a sola pituita crassa. Cum igitur hunc omnino separatum ab huic more melancholico iudicem, & sint variae eius species, prius naturam & rationem huius considerabo. Credo medium esse inter curabiles & non curabiles, ut bene Galenus ait: Cum scirrus ad summam peruenit duritatem, non potest curari. Et dat signum, quoties prorsus caret sensu non dolore solum. Tum enim tanta durities non potest curari. Sicut apparet infra in indicationibus curandi. Videlicet igitur medicis, quod non penitus caret sensu cum tangitur, sed obtusum non ita acutum, sicut in partibus propinquis habet. Sicut igitur medium naturam habet, ita medium etiam iudicium. Et quantum habet de duritate, tantum de cura non est sperandum. Hoc de gradu scirri & de essentia. Est autem pituita crassa & acida. Galenus libro secundo de facultatibus naturalibus, & de atra bile. Vitrea pituita cum crassescit, & obmoram longam resolutis partibus subtilibus peruenit ad eam formam, quae gypsea dicitur ab Avicenna: hi scirri non curantur. Sed ad eum nondum uenit haec mulier, nondum est enim tanta durities, & ut dicit Galenus libro quinto simpl. Omnis scirrus pendet a materia frigidissima & crassisima. Ergo semper a pituita uel melanocholia. Materia autem descendit a capite, sicut etiam sentit defluxum. In capite generatur catarrhus a frigore. Hic igitur scirrus sicut in colore & essentia ab alijs est diuersus, ita & in membris & causis mandantibus alijs est. Et fuit etiam ultimus qui coepit post alios. Cur autem multiplicatur humor phlegmaticus in capite? Primo, aetas sexaginta annorum & sexus frigidior: aetas in qua redundant excrements pituita, & pars ultimi senii, in qua manifeste calor extinguitur 5. aph. [accedit ad climacterium] cum maiorem, ex quo paucissimi evadunt propter senectutem. Tertio, regio ita qua habitat, sunt plurimae paludes & aer crassus & putridus, qui generat excrements & multiplicat catarrhum: habuit etiam cerebrum calidum, ut bene discurrat D. I., tanto igitur maior est affectus, cum sit mutatio in contrarium, etiam ratione caliditatis hepatis 3. de locis affectis. Qui hepar calidum habent, subiecti sunt maxime catarrhos quia multi uapores generantur, qui cum ascendunt, non possunt concioqui a capite. Cum calor ille naturalis extinctus sit, qui concoquebat prius. Transmittit igitur ad locum imbecilem: sicut ad pedes, quandoque a toto corpore defluit, cum pedes doleant, ut Galenus pulchre docet. Quia autem locus circa glandes etiam est debilis, ideo firmata ibi materia crassa fecit alium scirrum, qui ultimus est: antea descendebat ad locum affectum. Habetis causam materialem & efficientem, membrum mandans & recipiens, quae item sit causa corporalis & primitua huius scirri. Sunt modo alijs duo, unus uersus functionem brachij sinistri, inter uertebram brachij seu adiutoris, qui habet signa a priori diuersa, color liuidus, ut in libro de atra bile, uere indicat atram bilē, habet itē uenas circumquaque repletas, ut assimiletur brachijs cancri, ita enim similitudo accipitur. Tumor corpus dicitur: Venae vero cancri brachia. Ita color distinguit cancri a scirro, qui a pituita pendet, & dolore non tantum distinguit a scirro, qui a pituita pendet, sed etiam a scirro melancholico, ille enim non habet uenas istas nec dolores.

Duo

Duo igitur habet propria cancer, dolorem & uenas illas, quae non sunt in scirro melancholico, qui ipse etiam est ab humore nigro, sed sine dolore & uenis, & benignior, quia est ex simplici fece sanguinis sine adustione. In cancro est humor melanocholicus, adustus aliquantulum, & supercalefactus, cuius ratione redditur crassior se ipso. Ideo apparent uenæ, ut ostendit Galenus & apho. quia sanguis currens ad abscessum propter multam crassitudinem non potest exire uenas, sed hæret in uia & obstruitur, sicut aqua lutosa per angustum defluens, impingitur. Ideo turgent & apparent uenæ, quia humor crassior est quam in scirro, ibi enim tenuis transt uenas, & uenit ad tumorem usq;. Hic crassior, quia propter supercalefactionem exhalant partes subtiliores. Ideo non potest penetrare, & inde crediderim illum abscessum esse de genere cancri, sed non absolute, ut materia ex solo succo melancholico collecta sit, sed ex aliqua etiam pituita. Habet enim permixta signa, primo quia nec is dolor hic est, qui in cancro solet esse. Is enim ubi tangitur, est dolor insignis, hic uero est sensus obtusus circa alias partes. Secundo, color etiam non est prorsus niger, sed circa radices albus. Tertio, in summo color lividus est, ibi minor dolor & calor etiam seu fervor quidam, qui circa radicem non appetet, & hodie addebat aliud, quod illum dolorem sentit in superficie tantum, non in profundo, & cum sanguis aliquis effluit, cessat. Est ergo mixtus ex humore melancholico & pituita, nec est una atq; eadem res simplex. Imo credo, quod etiam aliquid sit de inflammatione, quia calor ibi est, & sanguine exente cessat dolor. Est ergo sanguis ibi, qui facit inflammationem seu phlegmonem. Idcp etiam de 3. abscessu, qui in mamilla, dixerim, is quo ad humorem melanocholicum longe mitior. Venæ non ita sunt repletæ atro sanguine, sunt minores & obscuræ. Accedit is etiam ad naturam cancri, sed non tam valde, ut ille ad spatulam. Ergo multum haber de bile ruffa, inde fecit ulcus in superficie, non cum magno dolore, & curabitur facile ab excellentijs uestrīs. Hi sunt illi duo compositi abscessus. Atq; hac est materia illorum. Vnde autem in muliere ista tantum humoris melancholici sit collectum, nunc est uidendum: Totum corpus calidum & siccum est, non peperit, & causa sterilitatis fuit caliditas, adurens semen, cum haberet menstrua commoda, & uir esset idoneus. Apparet & ex colore pilorum, & alijs calor magnus. Talia corpora frigida & siccā sunt in ultima ætate, propter adustionem sanguinis sunt retenta menstrua, unde aliqua materia & excrementa aggregata. Praecesis febris, quæ ipsa quoq; aduersit sanguinem, non missus est sanguis cum esset assueta, non purgata est. Multæ sunt causæ primitiæ & corporeæ, quæ omnia facile materiam adustam generare possunt, ex qua cancri vel scirri cancrosi orientur, egit in aere crasso, qui etiam pituitam & humorem melancholicum multiplicat in corpore idoneo, quia prohibet evaporationem & difflationem uaporum adustorum, qui retinentur postea in uenis. Ideo qui in aere crasso habitant, ut Ferrarienses & Mantuanii, quia uapores siccii non difflantur, nec expurgatur sanguis à melancholia, adusti sunt, & redundant melancholia, ob crassitiem aëris. His ita habentibus natura morbi satis percepta est. Prognosticum. Abscessus pituitosus non difficulter curari poterit, si adhibetur diligentia, reliquis duobus non adhibenda cura, nisi quatenus prohibeamus, ne fiant deteriores. Vt & Hippocrates inquit in Apho. Cancer curatus citius interimit, id est, minus curari debent, non ut plane dimittantur, sed debemus prohibere, ne fiant deteriores, & producere ætatem ægri quantum possibile est. Cura. Incipio ab eo quem existimo posse curari, autore Galeno, cum abscessus pendent à pituita, si uenit ad ultimam duritatem, ut sit factus sicut lapis, non potest curari: quia si debet curari, cum materia collecta tota propter resolutionem sit indurata, & postea congelata, indiget colliquatione à calido, & mollitione ab humido. Hę duæ sunt indicationes in scirro. Sed hoc præcipue obseruandum est, ne ex colliquatione fiat adustio, & quia in alio scirro materia ita industra est, ut colliquationem non toleret, nec euacuationem, ergo non potest curari. Sic scirrus in duratus cu*rari non potest.*

cc. 3. potest,

potest, qui extreme induratus est, sed quia hic scirrus sensum adhuc habet, non ergo
 est extreme induratus, potest colliquari adhuc uel camomilla uel semine lini & mucilagine, uel fenugræco, uel Ammoniaco aut croco, quæ colliquant sine calefactione anima. Sic primus scirrus curabitur. Sed alijs duo scirri, duo habent maxima, sunt duri,
 ut sit maxima difficultas in colliquatione, & adeo materia melancholica, cui non adhibenda calefactio. Non enim colliquatur humor melancholicus, cum sit materia terrefracta, non congelatur, sed exiccatur, sicut terra. Frustra igitur colliquamus melancholem adustam. Deinde aliud est incommodeum, cum sit aptus ad adustionem, quando applicamus calida, deteriora facimus, & fiunt ulcera. In hoc enim differt ea nec
 occultus ab ulcerato, quod hic humorem melancholicum adustum habet, ille mitus.
 Ideo Hippocrates inquit: Cancri occulti non curantur. Incisionem necessario sequitur inflamatio, quæ adurit humores, & accedit collectio materiae. Vnde sit deterior
 dispositio: Nec potest aliquid applicari, quia omnia deteriora faciunt calida applicata, qualia sunt omnia colliquantia, digerentia, resoluentia, omnia magis adustum reddent
 humor melancholicum, ita ex cancro simplici ulcerosus fiet, & interficiet mulierem. Non igitur attingendus, cum nec resoluentia, nec maturantia, nec digerentia, nec
 incidentia, nec colliquantia conueniant. Quid igitur faciendum? Primo cauendum
 est, ne humor augeatur, & ut ille evacuetur, qui iam actu est ad cancerum. Nam & Galenus dicit se saepe curasse cancros occultos, sola evacuatione. Optimum igitur esset
 eam evacuari purgantibus, sed quia in eo loco facile incandescent materia, & periculum est, ne fiat ulcus, quia materia non potest difflari: ideo prouidendum est loco in
 frigidantibus sine constipatione: qualia essent frigida, non astringentia admodum.
 Astringentia enim cauenda sunt. Ideo nec bolum Armenum, nec succum arnoglossa, id est, plantaginis laudo, licet frigida sint, quia astringunt & obstruunt meatus cutis.
 Acciperem succum solatri cum oleo rosato, quod præfert Galenus. Refrigerat enim
 & non astringit, quia substantia est aqua, arnoglossa ualde astringit, oleum rosaceum
 non astringit, ut & Galenus 3. simplicium docet, est ita lenis adstrictio, ut propter eam
 facilis penetreret, non obstruit meatus, refrigerat locum, & non permittit inflammari,
 & penetrat ad profundum. Ut igitur concludam, evacuemus eam sapissime, & bis in
 anno semper exquisite, usq; ad perfectissimam evacuationem, temporibus interme-
 diis saepe leniter, habeat rationem uitius: optima sunt, uinitum album clarum, non acidum,
 carnes & cibaria boni alimenti, generantia bonum sanguinem, orysa cum lacte amygdalino, ptisana, ora recentia, far, condrus: evacuetur primo missione sanguinis ab eodem
 latere, quia rectitudo obseruanda est. Auicenna & Galenus in methodo. Sed utrum à
 basilica an à Saphena: si tantum diuertere sine evaucuatione uolumus, melitus à Saphena, sed si etiam evacuare, à basilica melius. Venæ illæ habent ramos distinctos à rami,
 qui uenient ad caput. Ita igitur facietis derivationem optimam, & simul etiam
 evaucabitis: sed quia abundat sanguis, optimum foret à Saphena incipere, & postea
 descendere ad basilicam, & hoc facerem, cum præsertim ipsa petat. Inciperem à lenitu-
 tio, à calsia cum speciebus hieræ simp., evacuat materiam adusta, & corroborat uen-
 triculum, nec calefacit, sed refrigerat potius. Postmodum syrupi dentur refrigerantes,
 propter ferorem sanguinis, & incidentes propter phlegma. Syrupus rosarum, aceto
 & simp. de succo endiuia, cum aquis endiuia, aut alijs destillatis, que refrigerant. Non da
 rem decocta, facta digestione evaucarem cum confectione Hamech, pillulis aggredi-
 gatiis, sed semper adderem 3. aut 3 s. uel etiam integrum 3 hellebori nigri. Ut
 optimum fortasse erit evaucare eam cum syrupo magistrali cum helleboro, evaucat enim
 melancholicum humorum maxima copia, & sine molestia. Estq; sine dubio opti-
 mus singulis mensibus. Quantum ad localia Galenus nunquam utitur succo arnoglosse,
 nisi ubi cancer est ulceratus: ubi est ulcus cum materia multa, adhibendum diapompholigos, quia exiccat, conueniret etiam bolus Armenus, & succus arnoglossæ, & res-
 liquia exiccantia & constipantia: cum uero non est cancer ulceratus, non sunt adhi-
 benda, quia exulceraret, & facerent, ne difflaretur materia. In scirro pituitoso uterea

primo

primo fuentibus locum, mollientibus & resoluentibus, decocto tepido ex floribus camomillæ, & lilijs albis, postea linirem cū pinguedine porci, & oleo amygdalarū dulcium, postea linimentum facerem ex bdellio ammoniaco, & facerem fomenta ex pyritide lapide, vel alijs. Postea singulis annis mense Iulio iuberem accedere ad aquas galderianas Veronenses, ut eas biberet aliquot diebus, quia refrigerant corpus, & praecipue hepar.

De stranguria ex casu facta.

Consilium XIX.



Vidam ex alto cadens in afferem pedibus expansis, eo modo, quo equorum sellas concendimus, partes inguinis vicini læserat, & præcipue collum uescicæ, ita ut in urinando quandam difficultatem sentiret, & sèpius singulis horis ferè, tum noctu, tum interdiu mingere cogeretur, nec tamen posset libere, sed guttatim propemodum emitteret, ac dolores insigentes circa uescicæ collum & uicinas partes sentiret, mingebat interdum pus, & omnino metuebat apostema. Montanus rogatus, hæc ordinavit: Primo cibus suus erit tælis: semper pro ferculo suo utetur ptisana hordeacea cum zaccaro. Deinde comedat oua recentia tremula, simul cum suo albumine, poterit etiam carnes comedere uel pululi uel auium paruarū, abstinebit omnino à cibis salsis, piscibus, caseo, & leguminibus & carnibus antiquis. Bibet uinum album, subtile, dilutum cum aqua multa siue decocta cum zaccaro, semper ante cibum mane, & sero per horam comedet 3 l. zaccari rosati. Item bis in die ante prandium & cœnam sedebit in decocto infra scripto actu calido, surauiter & sine labore.

g. Rosarum rubearum	M 4.
Radicum consolidæ maioris	3 4.
Radicum altheæ	
Radicum maluarum ana	3 6.
Florum camomillæ	
Anethi ana	M 13.
Saluæ	
Betonicae	
Rosmarini ana	M 5.

Decoquantur omnia simul in aqua & uino æqualiter commixtis, cum consumptione tertiae partis. Deinde se ungar circa collum uescicæ, inter anum & testes, & inueni, & totam pubem, oleo infra scripto:

g. Olei camomillini, roscarum,	
Liliorum alborum ana	3 2.
Vini albii optimi	ff 1.
Lumbricorum terrestrium	ff 5.

Abluantur lumbrici in uino bono duabus aut tribus ablutionibus. Deinde decoquantur in prædictis oleis, cum prædicto uino aromatico, usq; ad consumptionem uini, & cum oleo inungantur loca supra dicta.

Item g. Reubarbari optimi	3 4.
Garyophilorum	G 10. Puluerizentur.
Deinde g. Mellis rosati	3 1.
Aquaæ consolidæ	3 3.

Misceantur omnia simul cum prædicto Reubarbaro puluerizato, & detur in potu fine gulis diebus acti calidū, hora syrupi circa auroram. Item, si non habet beneficiū aliud, utatur clysteribus cū decocto furfurū, malua & consolidæ, addito oleo cōmuni & mellis

cc 4 rosati

rofati 3 3. Item quiescat, molliter sedeat, & nunquam super re dura. Vel maneat in lecto molli quiescendo, donec dolor urgeat. Vbi haec fecerit, & adhuc dolor perseverauerit, laudo ut mane bibat unum cyathum lactis recenter muis ex ouibus, simul cum 3 2. zaccari, vel tantum 1. 3 penidiarium, quod erit melius.

Ad ramicem intestinalem.

Consilium XX.

ET locus & modus tumoris, & materia exiens, quæ proculdubio intestinum est, manifestissime indicant uerum esse ramicem intestinalem, non ex apertione, sed ex ruptura peritonaei. Propterea cura perfecta non est tentanda, quam omnino fieri non posse arbitramur, præcipue cum tam diu perseverauerit. Sed quæ cura adhiberi potest, ne in deterius decidat, & ut consueta negotia transfigat, talem esse iudicauerim: Primo, ut perpetuo se abdisceat ab aere frigidiore, circa partes illas affectas, & à frigore pedum, quanquam etiam totius corporis quantum fieri potest: evitetur & nives & pluuias, quæ uel caput uel alias corporis partes humectent & refrigerent. Caveat à quocunq; ualido motu, ab equitatione equorum tollatim, uel incommodè ambulantiū, & à sella duriore & aspera, & à staphis longius productis, & ne equitet post cibum & potum, illud enim peccatum est. Caveat à coitu præcipue intento, à retentione anhelitus, & nimia compressione uentris, à clamore & uociferatione, à fistularum sono, & præcipue earum, quæ vulgo corneta dicuntur, ab occasione tuisis & sternutationis magnæ. Effugiat compositiones & commissationes, sitq; pauci uictus, bisq; tantum in die comedat & bibat, in prandio scilicet & cena. Cibaria sint simplicia unius generis, minime flatuosa, sed boni nutrimenti. Pessima sunt omnia lacticinia, pisces, legumina, olera, allia, coepe, acetaria, & huiusmodi, pastilia & res frictæ in sartagine, castaneæ, & tandem omnia quæ flatuosa sunt, ac uina dulcia ac crassa, & noua, turbida, quale mustum est. Caveat à frustibus, præcipue uinis & pomis cuiuscunq; generis, caueat à potu aquæ, & præcipue si admisceatur cum uino, habeat quotidie beneficium alui, neq; hoc dimittat, quantum fieri potest: quod si quandoq; deficit, suppleat uel cum clysteri communi, uel cum pilula una, aloes simpl. ad 3 1. sumpta per horam unam ante coenam. Vel cum Teres binthina ad pondus 3 1. sumpta tribus horis ante prandium. Utatur saepè pillulis de hiera simpl. scilicet ter uel 4. in mense, sitq; pondus 3 1. hora una ante coenam. Descripsio autem pillul. talis est: 15. Cinamomi, croci, cubebarum, masticis, afari, spicæ, ana 3 2. aloes optimi 3 1. s. puluerizentur per se. Aut uero ter in mense sumat pinquias, ac purissimæ resinæ laricinæ 3 s. cum 3 1. specierum hieræ. Faciendo bolus cum zuccharo, sumat autem tribus horis ante prandium. Quantum uero ad extrinsecæ & localia attinet: primo tumorem rupturæ leniat blande singulis diebus, fowendo cum oleo anethino. Postea ubi ex recta ratione uictus, purgationibus & linimento retrocesserit intestinum ad interiores partes, quemadmodum consueuit, tunc apponat ceratum firmissime adhærens loco, & conficitur vulgo apud aromatarios, & appellatur ceratum de pelle arietina, uel ceratum quod vulgo dicitur pro crepatis. Deinde supponat ligaturam ab optimo artifice, ita compositam, ut & firmissime adstringat & sustineat, & minimum aut nullum exciter dolorem, sitq; mollissima & lenissima tacu, quantum fieri potest. Ea figuram hemisphærij habeat, ut planum eius sit extrinsecus, conuexum intrinsecus supra rupturam. Sitq; illa conuexitas sensim rotunda, nec multum protuberans, ne nimia compressione fiat dolor. Fit autem istud Hemisphærium masticando chartam communem, & figurando modo prædicto, eam die ac nocte loco affixam tenebit, singulis autem quibusq; 15. diebus, aut saltē tribus septimanis, ceratum innouabit. Hæc sunt quæ ad possibilem curam mihi præcipue præstare uidentur. Cerati descriptio hæc est:

15. Lithæ

Lithargyrii auri	
Lapidis haemathitis	
Sanguinis draconis	
Boli Armeni	
Masticis	
Armoniaci	
Mumiae	
Galbani	
Thuris	
Costi.	
Lumbricorum terrestrium	
Pisces naualis	
Colophoniae	
Cerae albae, rubae.	
Radicum consolidae majoris, mediae, minoris ana	3 3.
Rosarum, Myrrae, Aloes.	ana G. 15.
Pilae marinæ combustæ	
Gallæ contusæ, Balanctiorum	
Aristolochiae rotundæ	ana 3 6.
Visci quercenti	ana 3 2.
Sanguinis hominis rufi	lb 1. minus quarta.

Conficiantur hoc modo: Accipe pelle unam hoedinam, uel arietinam, cum omnibus pilis suis, & decoquuntur quasi bulliendo per totum diem, donec tota liquefacta sit, & fiat ut colla, & parum uel nihil de aqua ibi remaneat. Deinde accipe ex illa aqua lb. 1. optime cum panno colatam, & adde cum ea uiscum quercentum, & in olla noua lento igne fac liquefieri & bullire, & cum baculo semper & continue ducas. Deinde lumbricos terrestres post ceraem & picem addas. Deinde adde Therebinth. 3 2. postea adde reliqua, & liquefacta omnia ad lentum ignem, cum baculo ducantur, donec gutta eius super marmoreum lapidem, uel cultellum oleo perunctum coaguletur, postquam refrigeratum est, bene malaxetur.

Ad scirrum matricis, pro puella uirgine,

Consilium XXI.



Rimo balneum ordinavit ex decocto anethi, camomillæ, radicum altheæ & artemisiae, in quo federet usq; ad umbilicum. Deinde totum locum ab umbilico infra inungeret sequenti unguento:

Hysopi humidæ	
Adipis anseris	ana 3 1.
Olei amygd. dul.	3 6.

Cum modico cerae fiat linimentum, pro tota parte sub umbilico, applicet deinde cerotum hoc: lb. Diachylon sine gummi

Dialtheæ	ana 3 1.
----------	----------

Cum modico cerae, fiat cerotum. Item semel in septimana sumat tres pillulas ex infrascriptis: lb. Bdellij

Myrræ	
Aloes optimæ	ana 3 2.
Croci	3 1.

rosarum rubearum

Commelle rosato fiant pillulae, pro singula dragma tres. Præ omnibus utatur be na ratione uictus,

Ad cædeæ

Ad œdema Erysipelatosum in crure,
Consilium XXII.



Rimo circa rationem uictus, caueat à uino potenti. Sed utatur paucifero albo & claro, ex quo etiam parce bibat. Caueat ab omnibus aromatibus, à leguminibus cuiuscunq; generis, à carnibus falsis, à cæpis, allijs & hu- iusmodi. Caueat præterea à caseo, præsertim antiquo, à pescibus, & ab his quæ frixantur in sartagine. Utatur uitulina carne, pullacea, & omnibus carnibus iunioribus, ferculis, qualis est oriza, condrus, hordeum, non scribat, non re- cumbat, non cogitet molesta aliqua post prandium, necq; post coenam, non ingredietur lectum, nisi duabus ad minus horis post cibum. Quæret quotidie habere beneficium alijs, evitetur nocturnum aërem, & caueat à somno meridiano. Vbi hæc facta fuerint, per totam hanc hyemem usq; ad uer, sit contentus infra scriptis remedijis. Primo ac- cipiat mane horis tribus ante prandium bis, aut saltem semel in septimana, infra scri- ptum bolum:

g. Diacatholicon	3 1.
Reubarbari electi	3 2.
Cum faccaro fiat bolus.	

Item utatur quotidie una hora ante prandium 3 s. zaccari rosati optimi. Crux affectum lauetur lotione infra scripta, ante coenam :

g. Rosarum luccarum	M 3.
Hordei	M 6.
Rasuræ uel limaturæ cupressi, quæ cadit cum ferrâ secatur	3 6.
Saluiae	M 4

Decoquantur omnia in situ lis duabus aquæ, donec maneat situla una, & cum hoc decocto lauet crux affectum.

De Erysipelite phlegmonode in genu.

Consilium XXIII.



Ncillæ cuidam crus circa genu ultro citroq; intumescebat, cum dolore intensissimo, & non tam cum rubore perspicuo, quam flauitie conspiciebatur: tactui renitebatur. Quia uero Erysipelas ex bile est, principio non uenæ sectionem, sed purgationem admittit, ut autor est Galenus 13. Me- thod. Potuisset tamen & sanguis detrahi, quia phlegmone, huic adiuncta erat; tamen in hoc uti maluit purgatione Montanus, & ordinavit:

g. Diacatholiconis	3 6.
Electuarij de succo rosarum.	3 2.

Cum zuccharo fiat bolus. His copiose admodum purgarat totum corpus, post præcepit inflammationi succum semperiuui apponi, cuius proprium est repellere & digerere.

Ad contusionem neruorum, uel distorsionem in genu.

Consilium XXIII I.



Vidam in casu ex scalis neruos laserat circa funeturam radij, cum femore, ita ut cordas muscularum, & ligamenta, quæ eo loco plurima sunt, la- sa uiderentur. Montanus iussit, ut oleo Anethino inungerent, & Chæ- mæmelino, quod magis penetraret, nec uerebatur inflammationē, quod nulla circalocum rubedo appareret. Post aliquot dies cum propter frigus

(ut ars)

(ut arbitror) nec dolores prossus sedarentur, nec pede commode uteretur, iussit, ut
mangeret oleo de Hyperico, quod habent communiter in pharmacopolijs.

De utriusq; cruris contractione.

Consilium XXV.



Onga est historia rei, sed summa fastigia rei sequar. Vnum est summum & praecipuum quod habet haec nobilissima Domina, & hoc considerabis
muis diligenter, & reliqua omnia sibi inuicem succedent ex hoc recte
considerato. Primum est, quod habet contractionem in utroq; crure,
quod non possunt se extendere. Item habet imbecillitatem, quod non
potest se sustinere, & manere in illo situ. Et ita sunt haec duo, imbecillitas & illa con-
tractio. Accedit tertium, & est diminutio sensus circa crura: & dicit, quod si quis tan-
git illam in crure, uidetur sibi quod tangat rem alienam, & non suam carnem. Hec tria
sunt consideranda, secundum suas formas & causas. Quo ad contractionem, queritur
in quo genere morbi sit collocanda. Habet quidem haec contractio complexionem
corruptam, sed principaliter affectio est in compositione, & uitiata est praeceps figura
scilicet ipsius nerui: cum enim debeat esse longus, est decurtatus, & ita amissit propri-
am formam. Et cum in longitudine corrupta, sint uicia, quae ad quantitatem pertinent,
& etiam ad figuram, cum est correpta & abbreviata chorda, ita quod nihil est amissum de substantia, non possumus dicere, quod sit uictus in quantitate, sed in figura,
quia neruus est decurratus. Secundum, imbecillitas sensus est actio laesa. Huius autem
symptomatis causam, id est, morbum oportet inquirere. Huius actionis laesae ratio for-
malis est ipsa frigiditas, quia sensus est diminutus: diminutio autem fit a frigido, corrup-
tio autem a calido. Tertiò, imbecillitas uirtutis sustentatiæ, quemadmodum est na-
turale officium in ambulando, est etiam actio laesa, & habet suam ægritudinem. Redi-
cenda igitur ad idem, scilicet ad frigiditatem, secundum principium supra dictum,
quod omnes actiones diminuuntur a frigido. Ergo illa frigiditas facit, quod uirtus illa
la motiva & sensitiva non potest deuenire ad locum, siue spiritus, siue uirtus transmis-
titur, de quo nunc non disputabimus. Ergo haec sunt essentiae & causa formales huius
morbis. Nunc uidenda causa & coniunctæ seu propinquæ, & remotæ horum morbo-
rum, & tunc statim apparebunt indicationes curatiæ: haec enim sumuntur a natura re-
recte agnita & percepta per suas causas. Causam propinquam contractionis credide-
tim ergo, quod sit aliqua materia frigida, quæ per longum tempus in loco frigido
crassefacta est & indurata, ut & hoc mane diximus, quia materia illa secundum diuer-
sitatem locorum & efficientium uarie afficitur. Nam quando haec materia deuenit ad
medium musculi, facit abscessus: si ad caput musculi, facit conuulsionem seu spasmum:
quando autem deuenit ad chordas ultra musculum, non facit acutum dolorem, nec con-
vulsionem, & motus illos spasmosos, quia sensus in chorda non est ita acutus: sunt enim
chordæ ordinatae a natura ad motus fortissimos obeundos, ideo habent ligamenta
plurima, & habent etiam chordæ neruos obtusioris sensus. Et hinc nerui ad motum
conditi, sunt magis frigidi & duriores quam nerui sensitivi, qui minus a medio de-
clinant. Et ideo materiæ deuenientes ad chordas, faciunt quidem depravatam figuram,
sed non motus conuulsionis, & sic fit quasi quidam abscessus in chordis. Nam primo
imbibitur materia pittuitosa, quæ in principio est subtilis, sed propter frigiditatem loci
congelatur: si enim materia in intestinis existens ita congelatur ut fiat quasi tophus &
crystallus, quanto magis in chordis tam frigidis poterit talis materia indurari & conge-
lari: Nam illa induratio, & congelatio tam a frigido quam a calido fieri potest, ut saepe
tam dictum est, & hoc obseruale multum refert ad curationem. Materia ergo illa ad
chordas ueniens fuit indurata & congelata, & inde chordæ illæ sunt factæ breuiores,
sicut & in citharis chordæ, cum imbibuntur aliquo humido, corripiuntur, & etiæ fran-
guntur.

IOANNIS BAPTISTAE MONTANI

guntur. Ita sit & chordis in humano corpore. Cum ergo chordæ corripiuntur, contrahunt membrum, quia chordæ terminantur ad ipsa ossa, ut illa moueant, & sic etiam sit contractio ossis ad suum principium, quia chordæ intrinsecæ ab illo humore imbibito sunt factæ breuiorēs. Hæc est causa proxima, & coniuncta illius contractionis sustentatiæ. Proxima autem causa imbecillitatis illius sensus, & uirtutis sensitivæ, est eadem illa materia frigida. Nam Galeno 5. loc. aff. teste, cum materia illa deuenit ad neroos cutaneos, impeditur sensus, & non motus: & contra euenit cum opposito modo contingit. Hæc autem materia propter suam multitudinem non solum in chordis est, sed etiam deuenit ad neroos deferentes cuti sensum, & inde uirtus sensitiva debilitatur ab eadem causa frigida & humida, secundum diuersas partes. Et hoc quantum ad causas formales & materiales proximas. Sed quæ sunt causæ remotæ, quæ foruent has causas propinquas? Et hic est ingens chorus, & uidentur omnia membra conspirasse in perniciem huius mulieris. Audiui, quod hæc mulier, antequam traditur marito, fuit sanissima & boni habitus, & nullam plane habuit ægritudinem aut læsionem, nisi quod in brachio aliquando habuit abscessus, qui per se euauerunt: unde ego potius iudicauerim eius sanitatem, & bonam corporis constitutionem, quam aliquam infirmitatem, quia abundauit plurimo sanguine, nam expulit superfluum: & hoc patet ex eo, quia facile materia illa resoluebat: ideo non fuisse materiam illam malignam, sed laudabilem, alias non tam statim recessisset talis abscessus. Nullum itaq; membrum in ea fuit læsum, quia nulla operatio fuit læsa, sed optime exercere posuit omnes. Et ideo non possum dicere, nec cerebrum, nec uentriculum, nec ullum aliud membrum in ea affectum fuisse. Postea autem tradita viro secundum omnem dimensionem magno & robusto, & fuit puella tredecim annorum, quæ adhuc crescebat, (Arist. uoluit puellas non debere nubere ante decimum octauum annū, & adolescentes ante uigesimum octauum) Cum ergo in illa ætate crescente emiserit semen, cum ipsa adhuc indigeret illo semine ad proprium nutrimentum, & fuit coacta illud, quod sibi erat necessarium, excernere, & etiam concepit, unde est infrigidatum corpus, quia fetus attraxit sanguinem pro sui nutritione, & etiam post abortum non est bene purgata: non ergo mirum, si uterus affectus est, & totum corpus exinanitum. Et video illam habere membra parva, quasi non peruenire potuerit ad perfectam magnitudinem. Hinc igitur maxime uterus est affectus, & hinc habet fluxum menstruorum alborum, & uarias etiam post abortum habuit ægritudines. Vtero autem consentire & uentriculum & cerebrum, notum est excellentijs uestris. Nam & cesophagus, & os uentriculi, & cor, conuelluntur & afficiuntur propter uterus: nam uterus consentit cordi, & propter multas arterias, & etiam mediante ore uentriculi. Et sic credo ego, quod principalis affectio est uteri uitium, quia uterus primo læsus est, antequam alia membra afficerentur, ut supra dictum est, & maxime cum in febre se caretur ei uena, & punctus est nerus, unde secutus est spasmus, & convulsio in brachio: & convulsio quidem curata est, sed nerus non est curatus, permanens enim imbecillitas illius nervi, ita quod adhuc in omni plenilunio & nouilunio (quia tum luna dominatur humoribus, & in his temporibus maximæ fiunt mutationes) sit illa contractio, ex motione scilicet humorum, quæ sit in his temporibus ad illum locum debilem. Et hic diligentissime erit unum attendendum: num etiam sensus interior labefactetur. Et audio tum ex fratre eius, tum ex alijs, quod circa finem conuulsionis accidit ei abalienatio, & deperditio sensus: id quod ego diligenter noto, & est etiam notandum: & dico hic nullo pacto posse esse epilepsiam; quia epilepsia est spasmus universalis corporis, & ita differt a spasko, quia est motus uniuersalis, & facit uniuersalem contractionem, & non in aliqua parte: sicut & apoplexia est in toto, paralysis in parte: proportionantur enim sibi hæc. Ergo cum hic sit contractio tantum unius membra, scilicet brachij, & non totius corporis, & in epilepsia in principio amittitur sensus, in fine autem redit sensus, propter obstructionem quæ pedetentim resoluitur: in hoc autem casu in fine sit deperditio sensus, ergo dico, quod non potest esse epilepsia. Et ego sape

ego saepe uidi, & puto etiam uos hoc obseruasse, quod omnes qui patiebantur spasmos ex vulneribus, quod delirabant in fine, & amittunt sensum cerebri, propter magnum consensum illius membra cum cerebro. Fit autem haec deperditio sensus in fine, quia deterrentur, & fit aliqua resolutio spirituum, & sic amittitur sensus in fine. Si esset epilepsia, magis deberet fieri in principio, quia tunc obstructio maior: ergo credo quod sit mera contractio & conuulsio. Sunt ne aliae causae & remotae illius contractionis in cruribus etiam? Dico quod est & cerebrum & uentriculus, & sic totum corpus refrigeratum, unde pituita in uentriculo multiplicatur propter frigiditatem. Item cerebrum generat pituitam & catarrhum propter frigiditatem. Et quia antea fuit calidum & siccum cerebrum, nunc autem frigidum & siccum est, & ideo parum dormit: & diximus saepe, quod cerebrum frigidum & siccum facit maxime catarrhos, si quid aliud. Et sic uidetis quemadmodum omnia membra naturalia conspirant in hoc, & facta est non solum mala complexio hic, sed etiam compositio uitiosa: nam est ibi tumor & tensio circa hypochondria, & sic non mirum fieri haec symptomata. Et sic uidebis quomodo ratione eorum quae supra proposuimus, omnia dicenda erant, & causae propinquae & remotae. Nihil dicam de medicationibus malis, quibus haec mulier afficta est. De prognostico. Dico quod difficilis erit cura. Hippoc. de morbis mulierum dicit: quod menstrua alba ultra sex menses non curantur, quia totum corpus in his infrigidatur, & tabida sunt, & nunquam habent sanguinem, & facies earum appetit semper plena quodam muco, & oculi sunt his concavi, & uidentur habere quandam circulum nigrum, propter paucitatem spirituum & boni sanguinis. Item cerebrum & uentriculus sunt affecta. Et sic uidetis in qua difficultate simus. Quo ad curam, intentio principalis est, ut possit seipsum erigere & ambulare: ideo illa contractio erit remouenda; sed hoc fieri non potest, nisi remoueantur materiae & causae proximae. Haec autem non remouebuntur, nisi prius remotae remoueantur, id est, mala complexio membrorum. Ergo sunt alteranda membra, & etiam totum. Hoc autem fieri non potest, nisi prius euacuetur totum. Et secundum resolutionem sequitur, quod ab illo incipiendum, quod ultimo inuentum est. Primo ergo euacuanda materia pituitosa, & prius incidatur & abstergatur & præparetur, ut cum syrupo ex aceto forti, & alijs incidentibus & calcientibus, ut Byzantinus quo miror cur medici nostri non utantur. Euacuatio potest fieri cum agarico, & alijs in quibus ingreditur agaricum, ut pilulae cochleariae, aggregatiæ, confecti. Hamech, hæc Logadij, hæc Archigenis, prout est parata. Euacuato capite, si videbitis quod materia deueniat à capite, quamvis ego non quererem multam euacuationem capitis, ne magis exiccare caput, & sic maiores inducerem uigilias, igitur non multum laborarem circa caput, ut ingenue fatear, & puto etiam caput non esse ualde affectum. Et licet aliquæ destillationes defluant per nares, tamen credo quod hoc potius fiat per consensum inferiorum partium, quam quod sit ibi multa materia, & quod generetur ibi multa materia ratione cerebri. Tandem tingantur membra inferiora cum aquis Apponianis, quia calefaciunt et exiccant. Item abluantur hoc balneo: & si timemus superfluam resolutionem, interdum apponatur aliquod molliens, ut adipes, non cum diaquilon, quia sunt in eo quædam gummata, quæ nimis sunt fortia. Accipite oleum amygdalæ, dulcium, uel butyrum recens: hæc enim non sint inueterata, ut de his possimus esse certi. Item laudo lutum magis quam foueas: quia quo materia est densior, eo magis influit & hæret magis: sicut etiam amara magis aperiunt quam aeris, tamen propter motum, alias magis aeris aperirent, quia calidiora.

IOANNIS BAPTISTAE MONTANI
De dislocatione & contractione sinistri cruris, ac dextri ulcere,
Consilium XXVI.



Iacet patiatur in utroq; crure, nihilominus quia sinistrum longe magis est affectu, & trahere uidetur ad se totam curationem, ideo de eo prius agemus. Circa sinistrum crus uidemus duo: primo contractionem nervorum & chordarum, secundo quandam dislocationem levem fibulae circa partem exteriorē cruris. Difficultas circa fontem huius morbi est, qui indicat totam curationem, ideo natura morbi inquirenda, quia ab hoc pendet omnis indicatio agendi. Natura autem morbi cognoscitur per suas causas proximas, ut omnia alia: nam natura consistit in materia & forma unius cuiusq; rei. Videlicet dislocationem & contractionem: queritur, utrum contractio proueniat a dislocatione, an contra dislocatio a contractione, uel an utrumq; seorsum se habeat, ita ut nec dislocatio sit causa contractionis, nec contra. Dicam quod sentio. Credo non esse necessariam consequentiam, ut sit facta contractio ob hoc, quia os sit dislocatum: quia uidemus saepe ossa esse dislocata, & non esse contracta, sed habere sicutum membra in linea recta: & hoc saepissime uidemus. Deinde uidemus etiam saepe fieri contractionem sine aliqua dislocatione ossis. Ergo non uidetur sequi necessario alterum ad alterum, sed sunt separata, & habent proprias causas: sunt tamen ita, quod facile alterum consequatur ad alterum. Quod autem non fuerit facta dislocatio a contractione in hoc casu, uidetur ex hoc, quia habuit brachium contractum, non tamen dislocatum fuit. Ideo cum contractio fuerit in brachio sine dislocatione, credendum quod in crure etiam fuerit contractio facta sine dislocatione. Et si est dicendum, alterum esse causam alterius, potius dicerem contractionem causam esse dislocationis, quae est in parte extrinseca. Et huius rei habeo conjecturam hanc: nam contractio incepit in brachio eiusdem lateris, & dislocatio est in partibus exterioribus. Materiae autem semper extremitatem partem occupant, cum descendunt a superioribus ad inferiores musculos & chordas, ut etiam in sciatica uidemus: nam in hac semper est dolor in exteriore parte, inde etiam dicitur uena sciatica illa quae est in parte exteriore. Sed si fit descensus in interioribus partibus, & interiora membra afficiuntur, semper decumbit nocomen tum ad partem intrinsecam, ut affectibus interiorum ventris semper partes interiores offenduntur. Et ita si alterum esset dicendum esse causam alterius, tunc dico quod potius contractio illa quae facta est in chordis muscularum extrinsecis, remouerit os ille fibulae a proprio suo situ. Cum enim chordae alligentur ossibus mediantibus ligamentis, quando retrahitur corda, simul retrahitur etiam quod adhaeret: si adhaeret os & trahitur corda, ergo & os trahitur ad eundem situm. Et cum contractio fuerit in parte exteriore magis, & os quoq; luxatum est in parte exteriore, dicerem ego contractionem causam fuisse, ut etiam facta fuerit dislocatio. Non tamen nego quod ex dislocatione ossis distorquentur omnia uasa, & fiat obliquatio nervorum, & sic per consequens aliqua contractio, sed tamen ea est exigua. Ista autem contractio quae hic est, plurima sane est & maxima, & non potest esse ex sola dislocatione ossis, quae ad modum exiguum facit contractionem. Et ex his concludo & credo, contractionem hanc non pendere ex dislocatione. Et sic habemus morbum. Causa. Contrahuntur musculi, quia aliquid est in capite muscularum, ubi maximus est sensus, & ideo fit acutissimus dolor a quacunq; uel inflammatione uel alteratione temperaturae, siue exiccentur, siue humectentur nimium illi musculi, siue mordicentur: unde fiunt tres illae species spasmi, quamuis Galenus non uideatur ponere nisi duas, tamen S. xxvii. tertius tertium spasmum ponit ex mordicatione rei acris sine materia, quem uocant non proportionatum ad materiam. Fiunt igitur spasmi ex tribus istis causis: est enim uel materia contrahens caput musculi, & implens, & extendens, aut quia exiccatur, aut quia mordicetur a re mordente, ut a ueneno &c. Non credo membrum contrahi ab aliо quо istorum, & ideo potius dicerem, quod haec convulsio quae fit ab his tribus causis, facit

guendam

quendam motum, estq; cum motu quodam præter voluntatem. Hic autem in hoc nostro casu nullus est motus, ergo non potest dici spasmus uel conuulsio, quæ est quidam motus deprauatus, & à re præter naturam factus. Ergo quia non habet formam spasm, non est dicendus spasmus huc affectus. Hic est contrac^tio quædā, & saepe contrahuntur membra sine spastmo, quando scilicet non in capite musculi, sed in chordis est materia pituita, quæ abbreviat chordam, & induratur ibi materia, unde non possit extendi chorda, sed fit brevior, & tendit ad suū principium. Non autem est tantus dolor, quia chorda non est tam magnæ sensibilitatis ut neruus: plura enim habet ligamenta quam neruus, & ideo non ita sentit ut caput masculi, & etiam, quia iam facta est intemperies, & est in habitu, ideo non fit amplius dolor, quia materia iam est quieta, & infixa, ac imbibita, ideo fit illa contrac^tio sine motu & dolore: & cum chorda ita contrahitur, contrahitur etiam os, & non potest fieri linea recta. Et tales contractiones saepe contingunt etiam in alijs partibus corporis, ut in collo: & plures vidi qui haberent tales contractiones per totum tempus uitæ suæ, sine omni dolore. Credo igitur quod hæc contrac^tio est facta in crure propter humorem frigidum pituitosum descendenter ad illam partem: & non est mirum, quia fuit & catarrhus primo ad partes gutturis, secundo descendit ad brachium, tertio ad crura, quia grauis est proptium descendere, & factus ibi tumor & contrac^tio, qua nunc laborat. Successit dislocatio, siue à contractione chordarum extrinsecarum, siue habeat causam propriam: nam dum descendit materia, relaxat, & iuncturis facit luxationes & lubricationes, & ligamenta etiam imbibuntur illo humore, & ipsa etiæ relaxantur, & hinc fit illa lubricatio. Cum enim antea ibi sit pituita tanta, quanta requiritur pro motu faciliter obeundo, si hæc pituita sit nimis multa, relaxantur illæ iuncturæ, & maxime si succus crudus aduenerit. Vnde illi, in quibus redundat pituita circa partes, ex sola lubricatione pedis, incident in dislocationes maximas. Ego noui nobilem matronam Venetijs, quæ ex solo casu in terram dislocavit ossa genu & totum crus: est pituitosa & pinguis mulier, & redundans humiditatib. Et hæc est causa, materia est indurata, & congelata pituita in illis partibus. Induratur autem pituita uel propter frigus comprimens & congelans, uel propter caliditatem resoluentem & excoquenter. Ego magis credo materiam hic induratam esse propter frigus congelans, quia materia est in frigido loco, scilicet iuncturis & chordis, ideo materia est exiccata & indurata à frigido, & non a calido: & hoc prescire plurimum confert ad curationem. Et credo quod hic uir habeat hunc morbum planè disproportionatum suæ materiæ & naturali temperamento: est carnosus, habet amplas uenas, musculos robustos & magnos, & ita credo quod habeat insignē caliditatem hepatis, & sic nec ratione temperatur, nec ratione uitæ, quia habuit plurima exercitia, potuit aggregare pituita multam: usus enim uictu exiccante in nau, ut pane bis cocto, uino fortissimo, quib. solent uti in nauib. quia diutius durant, & sic potius generati humores adusti quam frigidi. In altero crure habet ulcera, & hoc est proportionatū suæ naturæ & cōplexionis, quia est color niger, & ulcus est subnigricans, habens crustā exiccatam, quia ex adustis humoribus. Et hæc ulcera & intemperies occupauit partem dextram seu crus dextrum, cum tamen, si ab extrinsecis causis habuisset ortum hæc exulceratio, potius in parte sinistra esse debebat: quia ibi erant cōpedes, & dolor attrahens, & membrū debilius. Sed quia membrū mandans est in parte dextra, scilicet hepar generans hos humores adustos et acres, ideo est illa exulceratio facta in crure dextro, propter sitū membris mandantis, & symbolū cum hepate. An possit curari? Vbi materia est indurata, & facta tanquam lapis, & in loco frigido, scilicet iuncturis, difficile resoluitur & non bene patitur emolitionem aut resolutionem. Locus est frigidus, profundus, materia inobedientissima, casus non facilis: credo tamen quod aliquid poterit inchoari. Sed cum quibus? Intentio principalis est, ut resoluatur illa materia in illis partibus contenta, & alterare membra; & hæc esset uera curatio. Sed hoc non potest fieri, nisi alia primo fiant. Nam resolutio magis indurabunt materiam extrahendo omne illud quod est tenue & humidum: ideo primo erit materia illa humectanda cum calefacentibus, quia congelatio facta à

dd 2 frigido.

frigido. Resoluentia enim adhibita ante mollificationem, magis petrificabunt materia, & hent deinde tanquam lateres, qui nec a calido nec a frigido resoluuntur. Ergo secunda surgit intentio, scilicet mollificatio. Sed hec duo non possunt fieri, nisi habeamus corpus mundum; nisi enim hoc fiat, plus demandabitur ad partem iesam, quam resoluamus & mollificemus; resoluentia enim plus attrahent, & mollificantia plus preparabunt, & ita plus affluer quam resolvatur. Sunt itaque quatuor intentiones in hoc casu, & quod ultimum inuentum est in resolutione, primus erit in executio. Primo ergo exquiste evacetur ab uniuerso corpore humor maxime peccans, pituitosus scilicet, quem humorem magis timemus. Hoc autem non possumus, nisi premisis concequentibus. Quæritur, an conveniat syrups acetosus, & alijs confecti ex aceto? Videtur enim quod non, quia acetum nocet nervis ex duplice causa, & quia mordicit, & propter complexionem suam, quia est frigidum. Dico quod acetosa illa non perueniunt ad locum affectum. Melue dicit: quod syrups acetosus facit penetrare medicinas ad ea loca, ad quae alias non penetrarentur. Et Gal. 3. 12. 13. dicit: quod si nervi sunt vulnerati, & in profundo, quod tum cum alijs medicamentis admiscendu sit acetum, quia iuuabit penetrationem aliorum medicamentorum: & dicit ibi Gal. quod acetum amittit in transitu vires suas acres, antequam accedat ad nervos. Dico igitur, si acetum amittit vires suas in tam paruo transitu, multo magis amittere vires si per os sumatur: longa enim est via per uentriculum, hepaticum &c. antequam ad nervos perueniat, & sape mutatur & alteratur: & ideo possumus uti aceto in affectionibus nervorum, & syrups acetosus optime conuenit. Et utinam syrups nostri essent magis acetosi quam sunt, sunt enim ferre dulces plus quam acetosi. Comiscerem mel ros. cum syrupo acetoso, qui conuenit & uentriculo, & impedit mel ne corrosionem faciat acetum 3. mellis ros. & 3. 1. acetoli syrups cum decoctio betonica & lutea, propter nervos. Pro euacuatione darem agaricum, & in quibus ingreditur agaricum, ut pilule cochlearia, aggrediatur, trahunt enim a iuncturis. Diaphenicon non exhiberem, quia non est in eo nisi turbit & scammonea, & in eo est nulla uis ad humorum pituitosum: nihil enim operatur turbit, nisi ei addatur scammonea, & tandem turbat. Ego aliquando uolui facere perculum, & exhibui ipsius turbit etiam correcti cum zinzibere & sine zinzibere, 3. 3. & etiam 3. 4. in varijs corporibus, & nihil eduxit, sed tantum fecit conturbationes. Melue dicit, turbit albi gummosi: ubi habebimus hoc: nostrum est siccum, & merum lignum, & abhorreo ab hoc. Pilulae magis essent conuenientes. Darem agarici præparati 2. cum cassia; item confec. hamech. Et purgetur bis, ter, & saepius, si opus fuerit.

Quo ad localia, primo est molliendum, quia materia est congelata a frigore, ut supra dictum est, non a calore, ideo potest recipere curam. Si a calido esset materia indurata & petrificata, non posset curari. Ergo primo molliatur materia, cum moderato calore colliquante, & non resolente: quod colliquatum est, oportet moderate resoluere: & haec per uices applicentur, excedentes potius mollificatio ipsam resolutionem quam contra: & haec permisceantur: magis tamen placet mihi quod seorsum haec applicentur, & uincant semper mollificantia: nam uitium in resolutione est incurabile. Et placet mihi quod semper usus est pinguedine humana, que moderata est, non resoluta, sed mollificat tantum, & bene factum est. Primo procederem cum mollificantibus primi gradus, postea cum mollificantibus secundi gradus. Myrrha, ammoniacum, hyssopus humida, crocus &c. sunt mollientia in secundo gradu: & in his saepe erramus, quia non possumus metiri quantitatem: & haec antiquata, efficiuntur resoluentia, & acquirunt calorem; ideo tutius est ut permaneamus in mollificantibus primi gradus, ut est adeps porcinus, oleum chamaelinum: decoctum althea, malum, liquoritia, sem. lini, foenugraeci. Haec ferre accedunt ad secundum gradum. Primo fiat decoctum ex camomilla, malum, althea, liquoritia, & fomentetur locus cum spongia, postea illiniatur cum oleis istis. Ad penetrationem posset apponi modicum croci, & lana humida molliri locus per sex dies: postea per unum diem facerem resolutionem, ut cum pyrite lapide, quod Gal. dicit esse magicum quiddam: & sic longe maior erit mollificatio quam resolutio. Loco pyritis accipiatur lapis molaris. Si uellet tentare balnea S. Barthol. optime conuenient. Montagnana
Icribit

scribit de quodam Cardinale, qui erat totus contractus, & quandiu fuit in hoc balneo, extendebat omnia membra, & tandem curatus est. Et nos habuimus hic pueram Dalmatam 18. annorum, quae tota contracta fuit, & sanata est perfecte, & iam nupsit viro. In altero crure utatur primò alterantib. locum. Primò fiant abstergentia ulcus ex lachrymo, hordeo, plantagine & balaustris: decoquerem hæc in aqua fabrorū ferrariorum, vel alia aqua, & facerem lotionem cruris & ulceris: post lotionem exiccare locum, & ascioperem postea succum solatri contritum in mortario plumbeo cū pistillo plumbeo, donec fieret solidior, & facerem linimentum, & linirem crus. Remota mala temperatura accederem ad sanandum ulcus, & adhiberem unguentum de tutia, quo nihil est præstantius in materijs adustis.

Ad crurum ulcuscula ex nimia caliditate hepatis,

Consilium XXVII.

Parmacopola Anconitanus, singulo mense Martio patiebatur ulcuscula in cruribus ex nimia caliditate hepatis. Vsus erat uinis potentibus aromatis & fructibus à cunis. Montanus: Utatur paulatim refrigerantibus, ut brodij pulli scutellam unam quotidie sumat, humectabit & remittet calorem hepatis: loco aquæ thermarum 3, aquæ lactis caprini 3 50. Syrupi acetoli simpli. multæ acetositas 3 3. Misc. & ebulliant simul. Deinde bibat mane postquam exiuerit è lecto, et postquam fuerit expurgatus ab omni superfluitate: et sumat paulatim de ambulando per horam integrum, deinde tardius prandeat ad minus post horas 4. & ita perseveret per dies 15. Sed ante assumptionem prædicti seri, sumat floris cassiæ 3 10. & post ultimam potionem repeatat eandem cassiam, hora ante prandium. Item postquam accepit prædictum serum, fiat phlebotomia basilice dextri latenter, euacuando usq; ad 3 8. uel 10. sanguinis. Item perseveret post purgationem illam, inungere totam regionem hepatis & lumbos secundum longitudinem unguento rosaceo Melue recenti eiusdem anni. Item per totum annum utatur confectione ex æqualibus partibus zucchari rosati & violati, & sit dosis 3 5. hora una ante prandium. Et quanto frequentius assumet tanto melius. Item utatur semel tantum in septimana Reubar. electo, ita ut masticet ipsum & deglutiat ad pondus 3 2. Item istam eandem purgationem præscriptam, cum sero lactis sumat etiam in autumo, hoc est bis semper in anno. Præterquam quod non phlebotomabitur nisi in uere. His peractis laudo etiam ad maiorem præseruationem suam, ut circa mensem Iulij uel principium Augusti, sumat aquas balneorum frigidiorum. Sicut sunt balnea de Luca, balnea de calderio in agro Veronensi, uel consimilia quæ sunt frigida & ferrea.

De quodam nobili iuuene patiente ulcera in pede, & brachio, cum leui delirio,

Consilium XXVIII.

In hoc casu difficulti nō tantum ad curationem, sed etiam ad cognitionem, utar compendio, ita tamen, ut nihil omittam necessarium, imminet enim extrellum periculum. Dispositiones naturales, quoad temperaturam, mores, consuetudinem, proprietates individuales uix possum scire, quia non noui hunc, nisi in hac ægritudine. An igitur sint æqualia uel inæqualia membra, nihil possum afferre, sed poterimus sine illis curationem instituere. Certum est, quod quando incœpit fluxio, apparuit circa pedem sinistrum abscessus sine colore, neq; durus, neque cum inflammatione, sed tumor insignis non protuberans, sed ueluti demissus & dispersus. Hic abscessus ubi erupit, exiuit sanguis, & degenerauit in plurima ulcera parua, quæ deuenerunt ad unum commune, & tunc in eodem tempore aduenit in brachio similiter, & omnia erant generis eiusdem. Octauus iam mensis dd. 3 agitur

agitur post primū abscessum, qui erat in talo. Accedit tandem dolor capitis, & postea sopor, siue id fuerit ratione materiæ intrinsecæ, siue etiam ab applicatione soporiferi. Aliquando dormit, aliquando etiam plurimum uigilat. Deuenit præterea ad quoddam delirium. Non recte memoratur, nec imaginatur, nec cognoscit, illæ enim actiones corruptæ sunt. Hæc sunt symptomata, quæ apparent in hoc ægro. Vrinxæ croceræ, tintæ, indicantes maximum dolorem in aliqua parte corporis. Bilis autem tales urinas facit, cuius hic insigne dominium apparet in alii excrementis. Apparet etiam pituita. Videmus autem, quod si quis aggrediatur curam horum ulcerum, & exciccat in uno loco, in altero iterum erumpere, & erosiones fieri, ubi abscessus fuerint incisi. Sunt & in corpore alia impedimenta, quæ indicant difficultatem curationis. Virtus debilis est, & habitudo corporis, quæ nihil est aliud, quam pellis, & ossa. Iste igitur omnibus ita præsuppositis, inuenienda est curandi ratio. Habemus unum fundamentum Galeni & Hippo, ubi in singulis partibus apparet laeso, uel in hac, uel in illa sit nocu-
mentum aliquod necessarium est, ea originem habere ab aliquo principio universali. Tria autem principia sunt: cerebrum, id, ubi laeditur, laeduntur uirtutes principales, & reliqua actiones, quæ ad motum & sensum faciunt. Corde laeso inficiuntur spiritus, & uita perit, hepate laeso fit mala sanguificatio, & omnia excrements coctionem cor-
tumpunt. Hic excrements omnia habet corruptissima. Supponamus igitur, quod omnes eiusmodi abscessus habeant communem originem, malam dispositionem in hepate, quæ est origo, & radix totius huius morbi. Qualem igitur dicemus esse hanc ægritudinem? Est intemperies mala, etiam cum solutione continui. Videmus urinas attestantes de bile, & nimia caliditate, excrements alii de pituita plurima: ergo ex temperatura mala hepatis generantur humores depravati, qui faciunt huiusmodi ab-
cessus in diuersis partibus. Dubitauit, nunquid hic esset suspicio morbi Gallici: habet enim originem suam in hepate, generatur humor melancholicus, & humores adusti ha-
bent similia ulcera, & in eodem interdum ulcere omne genus est humorū, qui gene-
rantur in hepate ob malam istam infectionem. Vidi etiam quandam, quem ex solo dolore capitis deprehendi morbo Gallico laborare, cum nullū aliud esset signū. Et in hoc iuuene suspicor aliquid tale. Sed supponamus etiam non esse morbum Galicum, quia non satis constat, dum enim sunt uariæ alterationes, contingit ut uenena generentur talia, quæ nullo pacto possint nominari: quando pütuerunt ob uariæ alterationes, quæ
sunt etiam ex uariis temperaturis nostris, satis est hoc constare, quod talia procedunt, tanq; propagines, à mala hepatis temperatura. Quare certū est quod evacuatio huius corporis poterit quidē aliquid facere, sed nō curare integrè. Quantū igitur ad morbum, est intemperies hepatis cum imbecillitate subiecti, & ariditate totius corporis, postea adest febris, quæ facit calorem præternaturalem, & inflamat sanguinē alioqui inflam-
mabilem. Sed est dubium, quod in singulis abscessibus humor est sub forma sanguinis. Nam ubi sanguis deuenit ad aliquem locū, & facit abscessum, est tumor insignis cū cas-
fore uehementi, dolore summo, & sensu pulsationis in profundo, & magna etiā tensio-
ne membra. Hic nullū tale signū apparet, & tamen exit sanguis. Et mirū est, quod san-
guis tā diu extra uenas existens, nō putrefascat, cū dicat Auençenna, sanguinē extra uenas effluxum necessario putriscere. Ego uero id de sectione credo, quando fertur sanguis
extra uenas, & mouetur in loco conueniente putredini, quod putrefiat necessario, non
aut tam cito in cōcauo corporis. Cura. Sunt fluxiones, in quibus reperitur primo mem-
brū recipiens: & in hoc corpore omnia membra sunt debilia, materia quæ abundat, uia
præterea ob longā fluxionem præparata: mandans est hepar, id præcipue respiciendū,
membro recipienti, si aliquid nobile, succurrendū, reliqua prout nunc relinquemus.
Habemus ægritudinē insignē, & uirtutē debilē quod apparet ex signis allatis: est enim
sine carne, & membris solidis, ex quo in ancipiti sumus, si nō succurremus, morietur: si
uero succurremus, parū proficere possumus. Symp. quod nūc urget, est deliriū, cū tamē
satis dormiat. Ad id uterū auersionibus, facerē frictiōes deorsum. Circa ulcera, omnia
eodē modo curabuntur, si prius sublata sit cauſa, ad quā nihil melius poterimus facere,
quam exhibere decoctū ligni, quod exiccat, & singulariter espicit hepar. Bene put-

gatus est, quare statim accederet ad syrups, pro quibus lignum detraquerem in aqua Endivis, ut facile penetret, nec nimis calefaciat. Ulcera post modum curabuntur, qua ratione curata sunt hactenus. Erat quidam in eodem casu, & ulcera curabantur hoc modo, ut uno sanato, in tribus alijs locis resultaret alia, et ille tandem curatus est solo decocto ligni.

De Polono paciente cedemata in pede, urinæ stillicidium, &
morbū Gallicum. Consilium XXIX.



Larissimi Doctores, Illustriss. Dominus conuocauit nos propter quosdam suos morbos, qui distinguuntur ab actionibus laesæ. Tunc enim est morbus, cum est actio laesa, & si plures operationes laesæ sunt, plures sunt morbi. Videndum igitur, quænam sint actiones laesæ, & quotuplices, & tunc inueniemus morbos, quibus repertis inquiremus causas: postea accedemus ad curationem. Operationes laesæ in hoc Domino duæ sunt in genere quidem: animales & naturales. Naturales uero laeduntur multipliciter: primum uirtus nutritiva particularis in certis membris, ut in pede dextro & in sinistro apparent cedemata, que indicant incoctiones, quia nutrituntur illæ partes ex sanguine corrupto, immo non ex sanguine, quia hepar non sanguificat recte, ut appareat in ambitu totius corporis. Ac ita appareat uirtus nutritiva in pede laesa. Excrementa etiam indicant operationes laesas, a quibus uirtutem naturalem nutritiū dijudicamus. Vrinæ plurimum recedunt a naturali conditione: cum enim membra sint naturaliter calida, tamen ita sunt decoloratae, atque albae, sicut lac. Atque hoc indicat magnam incoctionem in membris naturalibus. Praeterea ex magna uel constipatione hoc cognoscemus. Nam 2. Prognost. ubi excrementa citius uel tardius egeruntur, expresse significatur diminutio caloris in membris naturalibus, & coctionis priuatio. Est uero urinæ emissio partim naturalis, partim voluntaria, quæ fit per musculos uesicæ, cum modò emittatur urina cum ardore, & sit stillicidium circa illam excretionem. Videmus actionem naturalem impediat, excretiū scilicet; quæ duplicit laesa est. Primo diminuta, quia non excernit, quando & quantum oportet. Secundo corrupta, quia egerit cum dolore, & habet ardorem in emissione, & non quantum oportet exit, sed stillatum. Actiones uero animales duplicit sunt laesæ, sensitiva & motiva: Sensitiva laesa est, quia in sensu tactus, in dito pedis dextri percipit dolorem, in humeris, ite & brachij, leditur etiam circa motu, nam urina emititur non nisi cum maxima difficultate, quia musculi non ira mouentur, sicut oportet, postea non potest ambulare libere, non potest erigi. Omittimus ita dolorem renū, quia huiusmodi actiones laesæ sunt ab ipsisdem causis. Et haec sunt operationes laesæ, que proueniunt ab aliquo morbo, qui inquirendus. Incipiamus ab cedemate quod est in pede. Morbus est in triplici differentia, uel est à mala intemperie, uel in compositione, uel in solutione continui. Hoc cedema prouenit à mala intemperie, que est per affectum materiæ frigidæ & humidæ, pituitosæ scilicet facientis affectu, qui est tumor præter naturam, qui quandoque est morbus in compositione, scilicet cum impedit membrum organice, quandoque est in temperatura morbus, quando non impedit membrum simpliciter. Hic est in temperatura tantum, quia non impedit membrum à proprio motu, sed est temperatura frigida & humida. An modo talis intemperies sit ibi per colemensum, aut per efficiatiā, scilicet, si in ipsis tibijs sit quædam intemperies, ut ibi etiam non posset confici bonus sanguis: an uero sanguis malus aut talis materia profluat ab alio membro, an uero sit ab utroque. Audiuiimus, quod illustris D. non habuit semper illud cedema, quia ubi non laborat, tunc non habet, ubi autem laborat aut equitat, statim crescit: unde certum est quod aliquis de mandetur, & omnino dictum est, quod mandetur ab hepate, quod habet diminutam operationem in sanguificatione, et mandat talē materiam, ac facit pedem intumescere. Bene crediderim, quod, cum perseverauerit hic fluxus, et assuefactum sit membrum nutriti tali sanguine, et à materia frigida membrum seipso frigidius redditum, facile tandem in eam temperaturā incidisse. Ad alias actiones laesas accedo. Vrinæ albae & decoloratae, cum plurima materia pituitosa, et simili puri, tamen non percepti odore aliquem, unde pituita magis puto: quia ubi uirtus sanguificans frustratur à suo fine, multiplicat pituita, & deuenit

88 4 ad Henr.

aduenias, ac uias urinales, quæ latæ sunt, facile tingitur urina, per admixtionem pituitæ. Albedo enim urinæ duplex est, quædam priuatiua, quæ ob frigiditatem contingit, quædam positiva, quando mixta est cum humore, aut re alba. Conspicata aliud sit ob eandem causam, quia enim pituita plurimum generatur, & in intestinis uiscida & crassa nunc abundat, retinet feces, quia miscetur & facit, sicut si aliquis componeret parietem ex luto uiscoso, & duro. Alia etiam causa est, quia pituita plurima in intestinis existens obtundit billem, quæ necessario debebat excitare intestina ad excretionem, ea fit propter frigiditatem & humiditatem in hepate non naturalem (qua nunc laborat) sed acquisitam per morbum. Ad stillicidium accedit dolor circa pectinem, quia illuc est affluxus materiae pituitosæ & crassæ. Cum enim est in uesica urina, quæ acris est, & stimulat naturaliter membranas, & musculum, ut egrediatur, simul premit pituita illa crassa, & excitat dolorem: cum autem mingit, liberatur à dolore, quia remota est causa. Stillicidium autem fit à multis causis, uel quia instrumentum debile, uel quod urina crassa. Et hanc causam esse hic credo ex parte urinæ & instrumenti; ob ad mixtionem pituitæ, urina crassior non potest ita egredi. Instrumentum autem, quia dum materia crassior tendit ad exitum, obstruit collum uesicae, & non potest extrudi, ita non libenter exit, & fit stillicidium. Obstrui uero hoc potest uel à grumis, uel à calculo, uel à pituita. Hic est pituita: pondus autem percipitur, quia non excernitur materia quantum oportet. Iste sunt actiones naturales laesa, & morbi earum, uidelicet intemperies frigida & humida, quæ non est essentialiter in aliquo illorum membrorum, nisi in hepatæ, unde ad membra illa mandatur. Actio item animalis laesa, & primo, quod ad sensum tactus. Dolor & tumores in pede & brachijs fiunt ob defluxum materiae deuenientis ad eas partes: & voluntaria ac sensitiva laeduntur ab eadem causa, à fluxu uidelicet seu materia, quæ est tanquam efficiens laedens membrum, & afferens tristem sensationem, & dolorem, quia est alteratio subita, & præcipue, quando mouetur & laborat, quia materia retenta in neruo comprimit eum, & excitat dolorem. Eadem materia est impedimento in motu, nam imbibitur in nervis & musculis, ideo non libere mouetur, sensitiva etiam actio laesa, in pene & collo uesicæ ardor est urinæ. Causæ huius duæ sunt, ut dixi ex parte urinæ & instrumenti. Ex urina, causam declarat Gal. 3. de causis symptomatum. De excretione. Ardor urinæ fit à duabus causis, uel ratione uiae, uel humiditatis existentis in pene & collo uesicæ, quæ hæret in adenibus, & est materia uiscida, quæ semper præuenit emissionem semenis. Ea humiditas, cum est exiccata, urina acris facile laedit penem, & partes illas sensitivas, quando non sunt munierat, amissa propria humiditate. Hic illustris Dominus incubuit plurimum Veneri, ergo potuit exiccati in ipsis partibus, sicut in senibus contingit, qui ab omni ferè humiditate tali exiccati sunt. Quia igitur exiccata talis humiditas, ardorem percipit ab urina, quæ ob admixtionem bilis acris est. Apparet autem huiusmodi ardor non semper, sed secundū quod urina est acris, uel ratione cibi, uel propter admixtionem humoris adusti, uel biliosi, uel falsi, & secundum priuationem humiditatis illuc existentis. Sic habetis causas omnium symptomatum, uel est intemperies per affluxum, uel morbus ex priuatione humiditatis in illis adenibus. Morbus ille à quibus causis prouenit? Morbus nullam facit indicationem, quia ex eo tantum scitis, quod debeat remoueri. A natura igitur morbi sumenda indicatio. Diximus morbum esse per affluxum, unde & quas habeat causas. Porrò cause alterantes, & præparantes quædam sunt extrinsecæ, quædam intrinsecæ. Extrinsecæ cause omnes conuenerunt in hoc nobili viro. Ait ita frigidus, tempore hyemis, ut clavi erumpant tanta uehementia, sicut Poloni narrant: ut interficiant homines, est enim Polonus. Accessit inunctio maledicti argenti uiui, & fuit causa potissima. Auicenna enim distinctius loquitur de eo, & dicit illud frigiditate & humiditate inducere paralysin, & facere stuporem, apoplexiæ, & epilepsiam. Cibus & potus eius fuit inordinatisimus, Veneris plurimus usus, exercitium inordinatisimum, statim à prandio, quandoq; manet in longissimo ocio, modo subito laborat, essent mihi tres dies necessarij ad enumeranda omnia; præterea in animi affectibus

pluri-

plurimum deliquit, administrat enim ferè omnia negotia regia. Intrinsecæ cause sunt habitus corporis, ante habuit talem temperaturam, ut facile possit incurere talem dispositionem. Temperaturam naturalē hepatis calidam & humidam indicat amplitudine uenarum, pili subflavi, mollities carnis, plurimum generat sanguinis. Cordis temperatura calida, & mediocriter sicca, quia est bonorū morum, non iracundus, benignus, mitis animi & humanissimi. Temperatura autem totius corporis facilime talis effici debet. Cerebrum in principio generationis, & testiculi fuerunt huius temperature. Quod uentriculus bene concoxit, indicatur ex bona corporis proportione, ac dispositione. Dum autem aliquis nutritur lautissime, & plurimo cibo, & non exercetur, membra non appetunt, sed respnuunt tale nutrimentum, & ita repletur corpus humoribus, à quibus suffocatur tandem calor naturalis, & innatus. Hic itaq; vir abundat putita, per totum corpus, & humoribus frigidis & humidis, quæ multiplicatio materiæ frigidae & humidae & crudæ duabus de causis accidit: Primo ratione debilitati carioris. Secundo ratione obiecti, quod quantitas tanta, & tales qualitates nutrimenti offerantur, ut nō possit concoqui. His ita se habentibus apparet primo, quæ sint actiones lœsa, & qui morbi, & quæ causæ istorum morborum. Ex quibus elucent duo, quid scilicet dicendum sit de prognostico, & secundo, quomodo curandus.

Prognosticum. Dico si nos attendimus ad causas intrinsecas alterantes, reuera non est dubium quin possit curari. Generat enim adhuc multum de bono sanguine, quia rubicundus est, etiam in temperies hepatis ad frigiditatem accessit: facile itaq; poterit curari. Quantum ad extrinsecas, ab aere, cibo, potu, Venerē necesse est ut temperet, & propria fortasse non poterit curari, cum tales cause, cum sanus esset, ac iugenis, tantum potuerunt, ut illum agrotum reddiderint. Quomodo igitur illis perseverantibus poterit resistiri? Curatio. Duo sunt aduertenda: Primo intemperies frigida, & humida in uentriculo & hepate. Secundo, qualitas innominata, quæ aduersatur naturali temperiei hepatis, quæ non nota est, & uidetur esse affectus Gallicus. Ad temperiem remouendam instrumenta erunt calida & sicca, sed antequām hoc faciamus excrementa prius expellantur, deinde roboretur corpus. Repletum autem est corpus pessimis humoribus. Euacuandum igitur fortioribus: exhiberem syrum de Liquiritia, confectionem Hamech, Coccias. Exhibuimus minoratum, sumpsit unum syrum, cras mittetur sanguis ē uena basilica ad 3. 12. pro sanguinis natura. Et uelim etiam iterari euacuationes, sed fortiores. De cauterijs & localibus tunc loquemur, ubi alia erunt facta. Victus ratio non erit, ut ipsi soliti sunt, sed est immutanda, siquidem uollet aliquid fructus ex medicinis percipere.

De puer patiente in pede tumorem, & uleus.

Consilium XXX.

Causa ex relatione Frisimelicæ. Nunc tertius agitur annus, ex quo hic puer incidit in febrem, quæ durauit duos menses, & erat phlegmatica ex inordinato uictu contracta. Curatus ita, ut uideretur se meliuscule habere per hyemem. In uere iterum male se habuit, & in Aprili superuenit tumor pedis. Factæ frictiones, & adhibita emplastra, absq; eo, quod purgaretur totum corpus, plurima materia eo confluxit. Postmodum purgatum corpus, & apostema ad suppurationem ductum, uarijs auxilijs & ligaturis tandem apparente suppuratione cum aperiretur ferro, exiuit nescio quid puris, patiebatur grauissimos dolores, ut decumberet & uideretur moriturus: postea tamen meliuscule habuit. Ideo huc uenit querens auxilium. Montanus. Est ulcus manifestum, & uidetur quiddam compositum. Nam præter solutionem continui adest mala complexio propter colorem indicantem humorē adustos, aggregatos, ibi facientes malam intemperiem. Est præterea caro superflua, & non naturalis, tollenda potius, quam curanda. Est & alia compositio mala, scilicet tumor. Et est dubium, an ulcus sit cacoës

cacoēthes & malignum, hoc non constat, & tamen augetur dubitatio. Quædam enim attestantur esse profundam solutionem, quia impeditur motus directionis pedis, cum tamen pes ipse non intumuerit. Dubitatur igitur, si incisa, corrofa, aut apostemata sit ea chorda, propter quam non potest extendere tibiam, & an fiat ratione ulceris, an propter aliam causam, uidelicet affluxionis materiae, uel propter participationem ulcerae, quia est materia semper defluens, uel ex intemperie iam facta in loco, ratione cuius non concoquit alimentum delatum, propter loci debilitatem, uel propter affluxum materiae à partibus superioribus: ut catarrhi deuenientis à capite, quia passus est in oculis, & pustulas circa caput præcedentibus diebus. Credo, quod primo & principaliter sit ex intemperie, quæ est in loco, ita, ut non concoquat, deinde etiam ex superioribus, nam hepar etiam non ita concoquit. Nec se exercet, ita ut solitus est. Fuit autem in plurimo motu, & ideo male habet, quia nunc sedet semper in lecto, & quiete, & in illa quiete excrements non ita excernuntur commode: sed defluunt ad locum imbecilliores. Est igitur difficultas curatio, propter uarietatem morbi: secundo etiam, quia corpus cacoehymicum abundat excrementis, quæ remouenda, si uolumus curare solutionem continui. Quid igitur agendum? Si uolumus curare ulcus, opus est evacuare, ut fieri potest, & iterare etiam, & intercipere defluxum corroboratione membrorum superiorum, & defensorijs, quæ non permittant materiam defluere, ut bolo Armeno, & auersionibus, cauterijs in parte superiori, uidelicet in brachijs, quæ nocumen tum non habent, quia facile consolidantur, & multum iuvant. Ideò laudo, ut fiant: si enim intercipiatur materia, & exicetur, poterit melius curari. Abluatur caput aquis Thermarum, uel etiam totum corpus, ita ut habeat uas, in quo poneret pedem, tamen non humectaret, sed muniretur emplastris, ut non aqua transiret, uel si transiret, etiam forte non noceret, quia exiccaret & abstergeret. Nutriatur postea cibis humectantibus humido substantifico, non excrementito. Ulceri subuenirem, primo erodentibus carnem superfluam, quæ adhuc restat in una parte, in altera remota est. Si posset reduci ad naturalem dispositionem, non remouerem, sed uereor ne possit, ideo remouerem medicamento, ex cera, oleo, & ærugine æris, quod corrodit & consolidat, ut & Galenus docet: unguentum Diapalmæ laudatur etiam ab ipso Galeno, ita ut eo solo ad ulcera, inflammationes, fistulas & fluxiones uti possimus, & video hactenus bene successisse. Si postmodum permanserit aliqua durities, poterimus uti luto sancti Bartholomei post consolidationem. De prognostico: non scio, si est corrofa chorda, non poterit extendere pedem, si non, mouebit commode. Potest enim nunc esse ex affluxu materiae. Post annum redij, parens cum puer, qui ulcus iam consolidatum habebat utcunq; restabant tamen foramina, seu cicatrices grandes, & puer pedem incommodo mouebat, ita ut non satis extenderet: sed claudicaret, & pes etiam uidebatur minorari. Montanus puerum purgari uoluit, dedit 3 2. syrapi rosati soluti, misti cum aqua Betonicæ. Deinde pedem totum supra incipiendo inungi uoluit pinguedine Taxi, quæ refrigerat, & mollificat neruos. Ad Thermas cum ire uellet, consulere noluit, quod uereretur illam contractionem esse nerorum ex siccitate potius, quam ex affluxu alicuius materiae, in quo casu solo Thermæ prosunt, consuluit ut potius incommodo, quam omnino pede non uteretur, quod à Thermis maior exiccatio, & ideo uehementior contractio metuenda esset. Consuluit uero, ut sequentibus potius auxilijs uteretur. Purgatio. Rx. Specierum hieræ simp. 3 4. cum melle rosato, fiat bolus paruus, & detur 3. horis ante prandium, die immediate sequenti. Accipiat infra scriptos syrupo. Rx. Oxymellis simpl. mellis rosati, ana 3 6. decoctionis endiuia, betonicæ 3 3. Misce pro uno syrupo, & sic pro alijs usq; ad 5. Postea Rx. Agarici præparati 3 4. fiant pillulæ N. 5. sumat uerseri uel die immediate sequenti. Item Rx. pinguedinis Marmotæ, lassi, ursi, humanæ ana 3 s. adipis anseris, gallinæ, olei liliorum alborum, amygd. dulcium, ana 3 1. s. olei Therebinthinæ 3. s. Misce & cum modico ceræ, fiat linimentum, pro unctione totius cruris lassi, incipiendo ab ancha usq; ad calcaneum, & ita frequentetur uncio per integrum annum, semel in die mane.

Pro uas

Pro uaria luxatione in pede, pro Domino à Stubenberg.

Consilium XXXI.

BELLOCATVS. Agendum nobis est de casu nobilissimi pueri, qui patitur luxationem circa pedem, à qua cupit liberari. Est autem puer tredecim annorum ferè, & ipsa luxatio à multis annis duravit, ita ut ipsi fere parentes ignorent principiū, nec utrum ita natus sit, affirmant. Nemo enim recordatur habuisse eum motum liberum pedis, aut ullam causam primitiū referunt, nisi quod pater fratus ante multos annos puerum cum uerberare uellet, mater pueru succurrens, pede eum ex manib⁹ patris retraxerit. Sed tamen nō satis norunt, utrū illud læsionis fuerit principiū: puer enim arte ita tegebat, ut incelsu ægre animaduerteretur, ideo parū tunc curabant parentes. Nunc duobus annis cum uehementius moueri inciperet, & duceret choreas, maiorē dolorem patitur, crus intumuit, & pes etiam à genu infra marcescit. Quærerit de his consilium & curationem. Credo esse luxationem pedis extremiti in iunctura fibulae, siue ipsius tibiae, inter os & calcaneum introrsum, quia cum incedit, uidetur non super calcaneo, sed super tibia ingredi, & pes iste sursum elevatus est, & deorsum concavus, idq; multis annis durauit, nec unquam repositus est, licet cum aliquibus (ut audio) se unixerit. Modo etiam intumuit, quia cum non sit in proprio loco, & puer uoluerit pedes exercere, factus dolor, cuius ratione materia attracta, & intra chordas imbībita et iuncturas, propter dislocationem, unde pes intumuit. Quidnam fieri possit? Galenus 3. Meth. repositionem ad artem spectare, atq; ab artifice fieri uoluit. Sed Hipp. de Articulis, & Gal. in comment. distinguunt penes maius & minus. Non facile sanantur, si magnæ & antiquæ, maxime si accesserit demacratio pedis, ut in hoc puer. Accedit materia etiam in illis cauitatibus contenta, propter quam non facile restitui potest, nisi materia remoueatur: ideo difficilem credo curationem futuram, & forte impossibilem. Sed quid fieri potest? Materia, quæ intra ossa attenuari debet, & pes deinde in meliorem situm collocari, ut consequenti ætate concrecat aliquo modo, ut saltem melius incedat, si non exquisite. Quomodo: luxatio reponi deberet, sed id non potest fieri propter materiam ibi contentam, ea igitur digerenda cū ījs, quæ emolliunt ualde, & parum resoluunt, ne magis induretur materia, & reddatur gypsea. Sed priusquam ad particularem aliquam curam accēdam, prius totum corpus puto esse euacuandum. Ac quia puer est, non querendū de missione sanguinis. Arbitror igitur procedendum cum euacuantibus materiam crassam, pituitosam cum aliqua etiam parte cholerae. Sed cum calores iam maximi, & tempus non sit idoneum, ideo lenioribus uterer tantum, ut potius bis uel ter repeterentur. Darem itaq; cassiam cum electuario de Dactylis in parua tamen quantitate. Concoquerem materiam cum syruo de Betonica & rosato. Et hoc modo facta & iterata euacuatione, uterer emollientibus lotionibus & fomentis factis ex decocto radicum Altheæ, sem. lini, Foenugræci. Et postea mitterem puerum ad lutum S. Bartholomei, aut, montis Orthonis, quod emolliret partes induratas. Quibus peractis, si possibile foret, tentarem repositionem talem, qualis fieri posset, si puer pateretur, & postea roboret ligamenta, & chordas cum emplastro ex croco, & aliquando ex Diadictamo, sed remissiori in caliditate, ita ut misceatur cum unguento Diapalmæ, aut Diachalcitidis, & per aliquod tempus haberet calceos arte paratos, aut aliquid, quod teneret pedem rectum, ut soleam, quæ non cederet, & ut pes non contraheretur, sed extenderetur. F R I S I M E L I C A . Duo sunt symptomata, de quibus hic puer conqueritur. Impeditur operatio pedis, & apparet mutata forma, & situs pedis. Morbus qui facit operationem læsam, est dislocatio seu luxatio, uel dimotio articuli ab articulo, seu à loco proprio, cum congerie humorum crassorum, qui ipsi etiam motum impediunt, & quidem apparent luxata esse ossa omnia, quæ componunt pedem, & in malleolis esse maiorem repletionem. Quod ad causas attinet, credo primo factam esse aliquam attractione matris læsionem, non quod

I O A N N I S B A P T I S T A E M O N T A N I

non quod sit luxatio, sed elongatio, ut refert Galenus libro de articulis, & Avicenna de luxatione. Ea dislocatione, facta est imbecillitas membrorum, non tamen omnino impiedebatur in motu, sed materia postmodum paulatim defluens perfectam fecit luxationem, & ideo a biennio magis impeditus est in motu, & adhuc quotidie crescit impedimentum, & dolor sequitur, & pes marcescit, quia humores mali defluunt, membrumq; imbecillum redditur, ut non ita nutriatur. Sed hic unum est uidendum, quia sub genu affecti pedis appetet quædam durities, an in musculis, uel alijs quoq; partibus, sit affectus præter naturam, an materia per consensum aliquarum partium superiorum defluat, sicut fit interdum, ut caput transmittat excrements sua ad loca inferiora. Sed cum diligenter inquisitussem, audiui nihil eum unquam passum esse in capite, nec pati, nec aliud membrum in corpore esse affectum uidetur, quod mandet, sed tota ratio ad caussam primitivam referenda uidetur, quam deinde plurimum adiuit mala uictus ratio. Quid igitur erit futurum? Si considero ea, quæ sunt necessaria ad laxitatem huius nobilissimi pueri, uidetur valde difficile, quia non credo posse perfici hæc duo, ut remoueantur ea, quæ congesta in pedem tumorem faciunt, & dislocationem perfecerunt. Secundo, ut membrum reponi possit, fermè impossibile erit, quia materia plurima aggregata est, quæ crassa & locus est imbecillis ualde. Si materia eius cuari posset, forte cura possibilis foret. Quæritur modo, quod est possibile, ut scilicet præseruetur, ne cadat in deterius, quod licet difficile sit, hoc tamen fieri potest. Materia euacuanda crassa est, uiscida, & adhærens; ideo primum mollienda cum relaxantibus, & leniter, non valde tamen resoluentibus. Cogitabam ego quoq; de luto, quod emollit, & resoluit. Sed id medicamentum validum, & uehemens in pueru tenello & resolubili, uix poterit perpeti, sed ideo non prætermitterem purgationem lenem, & delegarem ad Thermas, ijsq; uteretur commode pro ratione temporis, & ætatis, postea haberet medicamenta resoluentia, & emollientia. Si non sanaretur in luto, adhiberem etiam localia, emplastrum Diapalmæ, seu Catholicon Nicolai, cui alia frigidiora admisceri possunt. Hæc & alia præscribi poterunt. Purgationes maiores nunc non faciendæ ratione temporis, & ætatis etiam; sed exquisita uictus ratio instituenda erit. Democratio facile amouebitur, remota enim materia nutritri incipiet, & pars illa durior circa genu facile resoluetur. Montanus: Offeretur nobis calus admodum difficilis & implicatus; nam si actiones laesæ consideremus, omnes tres laesæ uidebimus. Primo enim uirtutem animalem motiuam laesam, & corruptam cernimus. Vitalem quoq; diminutam, scilicet calorem a corde influentem ad membra diminute accedere ad eam partem. Naturalem etiam diminui, non enim nutritur pars, ut oportebat. Atq; ita omnes tres uirtutes laesæ sunt. Et cum actione laesa indicetur malitia morbi, omnino morbi plurimi sunt, & difficiles. Quod autem morbus etiam multiplex sit, apparet, nam omnia tria genera morborum commixta sunt. Primo enim intemperies tanta in toto membro a genu infra, ut longe gracilis sit quam aliud, & plurima materia ad partes infimas reledit, quæ fecit malam complexionem, quam uocat Galenus libro de diff. morborum, per affluxum materiae. In compositione mutatus situs, laesa figura & in quantitate etiam uitium, alibi deficit, alibi abundat. Solutio autem continui manifesta est, cum sit luxatio multiplex. Itaq; hoc modo triplex est genus symptomatum, triplex etiam genus morbi, & ideo multiplices indicationes medendi & occurrenti, sed quia hæc in uniuersali tantum dicta sunt, ideo distinctius loquendum, & quia plures morbi, uel alter erit causa alterius, uel quilibet seorsim separabitur. Oportet igitur uidere quomodo se habeat. Ex relatione hoc scimus, licet ipsi distincte hoc dicere nequeant, ab eo potissimum actu, quando mater traxit puerum pede, dum manu patris esset comprehensus, factam esse laesionem violentam, ex qua quicquid incommodi successit, subortum est. Quia attractio illa fecit aliquid circa solutionem continui, separauit ossa uel integre, uel ex parte faltem, quia in pueru ossa debilia & mollia sunt, & ligamenta humida, ita, ut facilime possit facta esse luxatio integra, ad quam reliqua incommoda secuta sunt; sed qualis sit dislocatio, & in quibus ossibus, uidendum. Est in pede.

pede primo astragulus, in quo tanquam basi firmatur os tibiae & fibulae, est deinde ossa tarsiculares, sunt ossia pectinis plantae, & ultimo digitorum. In quibus modo sit dislocation ex figura, & impedimento motus, inquirendum est: primo, pes contractus est breuior seipso, non quia chorda aliqua contracta sit, ut in spasmo cynico, in quo non ossa, sed musculi contrahuntur, & ita membrum contrahitur. Hic pes contractus est secundum longitudinem, circa plantam pedis, unde ossa aliqua plantae contracta esse necesse est, & præsertim tarsiculares, circa quod tumor apparet insignis. Est & impedimentum circa iuncturam, ut neque superius neque inferius pedem mouere possit, quod non fit ex aliquo impedimento muscularum, seu chordarum, sed quia ibi est etiam peruersa locatione ossium, nec os calcanei erigit pedem, super quo fundatur stabilitas pedis: sed inflexum est, ex qua inflexione & fibula relaxata est, & os superius non rite adhæret suæ basi, & ita multiplicem crediderim luxationem, seu dislocationem, ut apparet ex motu depravato, & ipsa etiam figura pedis. An uero chordæ, quæ trahunt & mouent articulos pedis sint laesæ, aut uero si ossa redirent ad debitam locationem, recte pedem mouere posset, difficultas uidetur: quia, ut refert clariss. Doctor, circa genu est aliqua durities, quæ impedimentum ex parte muscularum & chordarum ostendit, & ita multiplex impedimentum est circa uirtutem motiuam, cuius actiones varie laeduntur, propter solutionem continui, & luxationes prædictas. Quod ad alias actiones laesæ attinet, uirtus uitalis non ita influit in hoc membrum, sicut ad alia, unde calor non ita fortis. Et naturalis etiam debilior, non ita nutritur membrum: quod apud me curacionem fere facit impossibilem. Id unde ueniat exquirendum, & inquirendæ causæ. Vt detur etiam difficile, cum ex motu uehementiori maior calor proueniat, & partes, quæ magis exercentur, maiores sint, ideo pes laesus magis calidus esse debet, in pueru præsertim, qui fortis est calor: unde igitur secuta ariditas in pueru naturaliter humidior, in quo difficilior est exiccatio. Vbi cunctæ sunt dislocationes, paralyses, uel aliquis innervis affectus, continue augmentur obstructiones, à quibus locus laeditur, quia calor naturalis impeditur, ne transire possit: quod si ex hac peruerterit, exiccatio facile remouebitur, remotis enim obstructionibus ad suum statum redibit: sed alia causa diffilior est, labor continuus exiccat humidum radicale. Hic exercitium continuum & immoderatum habuit, & laboriosum, ut semper fit in ijs, qui habent pedes oblaesos, ambulauit cum maxima difficultate. Cum hoc modo crus substantifice exicetur, & calor, qui humido nutritur, exiccatur, incurabile est, sicut & in paralyticis cottingit, licet ibi fiat à causa contraria, uidelicet, à suffocatione, hic uero à resolutione, idem tamen effe crus, & quidem in hoc casu minus mirabilis, ideo hanc arefactionem magnificatio in hoc pueru, cū credam esse ex humili radicalis defectu, quia biliosus quidem est, sed tenuissimi sanguinis, & resolubilis, carnē molle habet, & musculos graciles, unde cū sanguine pluma est humiditas aquosa, atque ideo facilius resolvi potest. Quod autem uirtus uitalis non accedit ad locum, credo factū propter obstructions, & humores pituitos continue descendentes, unde tumor præter naturam & affluxus materiae continuus, quæ procul dubio frigida, & pituitosa est, & propter indigestionem aggregatur, non quod mittatur ab alijs membris, quia nullum male factum est, sed quia in ipso membro obstructions multiplices, uasa obstruuntur, & coarctantur, & tandem refrigerantur, unde nutrimentum descendens aggregatur in ijs partibus in quibus potest, & cum non bene conficitur, multiplicantur excrements, & ratione cruditatis, & ob uirtutem expulsuam debiliorem, ideo quotidie deterius habet, quia quo plus aggregatur materia, eodem multiplicantur obstructions, ac ipsa etiam dislocatione augetur, & sequuntur omnia incommoda. Materia etiam contenta ibi, resolutis partibus subtilioribus exiccatur, induratur, & fit gypsea, ut intra dislocationem & ossa tactu percipi potest: ea enim materia vacuitates omnes replevit. Et ita multiplex est laesio, quæ plurimis indiget ad hoc ut curetur. Nam quoad speculationem facilis, quoad curationem geru, hoc opus, hic labor est. Quoad prognosticum apparet ferme impossibilis,

Ils, si ea quæ requiruntur consideremus. Primo enim humor viscidus implantatus est intra iuncturas & chordas in profundo, ubi altoqui difficulter resoluitur, & oportet remouere illam intemperiem, seu demacrationem, quæ si est ex defectu humidi radicalis, quomodo recuperari poterit: sed supponatur id fieri posse, & non esse factam resolutionem humidi radicalis, tamen cura difficultis erit, quia humor impactus crassus est, non facile resoluetur, partes enim subtile exhalant, terrestres uero manent. Quod utinam non sit factum hactenus, non quidem à Medico, sed à calore præternaturali. Quod si materia resoluta non potest, multo minus remoueri poterit. Sed quia pueritia plena spei, in qua multa curabilia sunt, quæ aliqui curam nullam recipiunt, sicut Galenus refert de membris spermaticis incisis, possimus de humido quoq; idem sperare, & de resolutione, sed credo difficile fore, tentandum tamen est, & melius est facere aliquid cum spe, quam omnino dimittere.

Ad curam. Propositum est lutum balneorum pro remouenda materia, quod quidem unum ex difficillimis esse dictum est. Sed uidendum, an ea possint resoluere ita materiam ut oportet: plus enim resoluunt, quam molliunt. Nam habent sulphur, saltem & parum de bitumine, sicut tribunt illi per destillationem, qui experti sunt harum Thermarum uires. Et si etiam plus esset Bituminis, tamen illud etiam ualde resolut, cum sit calidum in tertio. Si uestre excellent, inclinat animus, ut recipiat, consulerem, ut foto eo tempore, quo accipit, quando non imponitur lutum, utatur lenientibus ex ijs, quæ molliunt, ut sunt oleum amygdal., dulcium, butyrum recens, pinguedo porci non salita, aliqui suspectum haberem lutum. Sed si hoc modo reciperet una hora resoluet, & toto alio tempore mollet, atq; ita tentari poterit. Sed quid commodi sequetur, duo inde acquiremus, modum curationis, & augebitur etiam spes. Tentarem igitur hos modo. Sed an prius evanescatur? Credo quod sic, licet calor insignis, tamen Cassia, & syrups rosatus solutius dari possunt, eaq; iterari bis uel ter etiam in balneo, ut diuentantur humores, ne fluant ad locum. Postea si perseverabit, unum propono, quod laudat Galenus si lenitione & mollitione loci præmissa fomentum facimus lapidis Pyritis, sed longissima mollitio præmittenda, ne magis induretur materia, & reddatur cura plane impossibilis: cum quicquid spei est, sit tantum ratione ætatis. De arefactione cruris, ut restauretur modo, quo potest in pueri, factis purgationibus uterer Drosacismis, qui tamen prudenter fieri debent, & relinquere in loco per modicum tempus, ut calor trahatur ad locum, & postea mollientia, & nutrientia adhibeantur, & utatur optimis cibis. Circa luxationem, si tumor, remouebitur a ligamentis, arte paulatim respositio tentanda est, nec uno impetu statim reponantur.

De luxatione pedis, pro codem.

Consilium XXXII.



Emo potest dubitare situm & figuram pedis illustrissimi pueri luxatione corrupti, & ab eadem causa motum quoq; impediri. Sed quæ nam ossa sunt luxata? Credimus primo illa esse, quæ sunt in pectine pedis, deinde os claviculare, tertio talum, quarto os calcanei. Et hæc omnia expresse patitur, ut patet ex ipso modo impedimenti motuum, & ex figura uitata, ex ipso situ & locis ubi apparet luxatio. Causas extrinsecas quidem pro comperto non habemus. Intrinsecæ uero quæ aduenerunt, fuerunt & auxerunt luxationes, humorem crudum & viscidum opinamus esse, unde ligamenta laxentur, ossa lebricentur, & lubricata coarcentur. Cruris uero gratilitatem non modicam credimus maxime fieri ab humido nutrimentali nimis exsicato, ita ut etiam periculum immineat, ne pars quoq; radicalis humidi exaruerit, scilicet ob laboriosum importunumq; motum in ea parte excitatum. Indicio est quod tum maxime arcieri incepit, & deterius habere,

cum

cum uacabat choreis. Curationem arbitror quidem difficultem & arduam admodum, nihilominus tentandam consulo. Si enim puer ille generosus pati uoluerit, forte curatio non erit omnino difficultis uel impossibilis: est enim adolescentia plena spe. Primo igitur esset illi diligentissima uictus ratio proponenda, & ut ille cum toto crure maxime custodiretur a frigore, optimeque muniretur, ea tamen ratione habita, ne nimis incalescant: si tamen ad alterum declinare oporteat, ad calidum potius declinet. Parcat compotationibus, uite epularum multitudinem, unico cibo sit contentus: fugiat pastilia, lacticinia, fructus, pisces, præsertim palustres, carnes porcinas, bubulas, & omnes antiquas. Persuadeatur ut quam creberrime, sicut esset bis in septimana, aut semel saltem, tantum Rhabarbari mandat ac deglutiat, quantum est scrupuli pondus: si enim hoc fecerit, nullo alio medicamento indigebit soluente. Circa lutum sancti Bartholomaei pro materia illa uiscida resoluenda, quæ circa luxationes adhæret, laudo quidem, sed ea lege, ut toto eo tempore, quo extra lutum morabitur, liniatur locus oleo amygdalarum dulcium, uel adipe suillo recenti sine sale, uel butyro recenti, uel oleo Camomelino. Post experientiam factam huiusmodi lutum applicando, pro ijs materijs quæ adhuc relinquentur, laudo fomentū lapidis pyritis, ita ut prius mollificetur locus cum linimentis paulo ante recitatī. Deinde altero quoque die excipiat fumum lapidis pyritis, crebro agitando & mouendo, quemadmodum Galenus præcipit. Valet etiam ad resolutionem simul & mollitionem cesypi ceratum ex descriptione Philagri: frequenter optimis alimentis pro cibo. Quod si contingat, ut materia in loco luxationis contenta maxima ex parte dissoluatur, tum poterit tentare restorationem luxatorum ossium non quidem uiolenter aut confertim, sed suauiter & paulatim cum hastulis molibus ac planis, & cum ligaturis commode ab optimo Chirurgo situm ossium naturalem intelligentem perfectis: quia nos puerum sine consensu tutorum, propter calores, & imbecillitatem etiam ac teneritatem corporis, ad thermas mittere nolumus. Consulam, ut accipiat duas uel tres etiam uncias syrapi rosati solutiuī, cum modico aquæ betonicae. Pes luxatus liniatur bene cum decocto camomillæ, & deinde supponatur ceratum cesypi ex descriptione Philagri, ac singulis diebus semel innouetur. Crus mane leuiter frictum inungatur oleo amygdalarum dulcium, & quietus uiuat. Singulo octiduo semel masticet rhabarbarum, ut supra.

Pro D. Georgio Freydel Germano: alterius
cruris tumefactione laborante.

Consilium XXXIII.

GVM laudauerimus in hoc præstantissimo puero post purgationem ueris, usum thermarum, ita ut fumo & luto tumores fouendo, quereret discussiōnem materiæ & locorum corroborationem, ipse autem ob urgentia negotia cogatur in Germaniam proficisci, petit ut thermarū loco aliiquid proponam, quod idem præstare possit quod ipsa thermæ. Dico igitur, postquam in patriam redierit, atque ibi animo & corpore aliquandiu quieuerit, optimū fore ut rursus expurgetur. Nec enim probabile est tantum itineris confeaturum, quin in ratione uictus non delinquit plurimum, atque inde rursus non aggreget crudos & depravatos humores. Est autem omnino contra rationem, loco adhibere resoluentia & exiccantia remedia, nisi primo totum corpus fuerit expurgatum, alioqui longe plus humoris attrahetur, quam resoluatur. Facta ergo purgatione, postquam animo & corpore quieuerit, nullo temporis spatio interposito, parabit infrascriptum remedium.

ee 2 Primo

Primo duobus aut tribus diebus loca tumentia illinet cum adipe porcino recenti, hoc est, eiusdem anni, non salito, admixto oleo amygdala, dulcium, ac butyro etiam recenti; illinet autem singulis diebus bis, mane inquam & vesperi. Tertio die accipiet quatuor aut quinque frusta ad magnitudinem ouia, lapidis pyritae, quem vulgo marchesitam vocant. Quod si haberi non poterit, eius loco sumet frustum lapidis molaris noui, & aquam non experti, & sit eiusdem magnitudinis, quae iniiciet in ignem ex carbonibus accensum, habebitque uas ad id præparatum stricti orificij æneum, qualia sunt ea quibus utuntur tonsores ad lixivium deferendum, in quod uas aceto semiplenum infundat repente tantam copiam eorum lapidum ignitorum, ut fumus sufficienter exhalet: quem fumum totum diligenter excipiat circa tumores, adiectis undecimque pannis operientibus, ne fumus per alias partes exhalet: & dum incandescent partes tumefactæ, per illum vaporem, semper agitat crus, hinc inde mouendo, tamdiuque illum fumum admittet, quam diu partes exudent humorem ab extrinseco. Deinde locum ablues aqua calida, in qua decocta sit camomilla, & rosæ siccæ, & abstergit leuiter panno lineo calido. Ultimo inunget eodem linimento paulo ante descripto, & per duos adhuc dies eodem modo bis singulis diebus mane & vesperi idem repetat. Deinde tertio die ad illud, idem suffumigium redibit, alternatim repetendo per 15. dies, aut etiam 20. postea quiescer, & si curatus fuerit, bene erit: si minus, interim quiesceret donec autumnalis purgatio cesserit, qua purgatione facta statim tentabit illud idem fomentum uel suffumigium, deinde quiesceret usque ad uernam purgationem. Denique nunquam cessabit ab iisdem remedijs itidem repetitis, donec suauitatem acquirat. Nec enim est discedendum ab ijs quæ inter initia recte fuerint instituta, et si non successerit, quemadmodum optime consiluit Hippoc. Estque illi omnino præsupponendum, quemadmodum etiam in consultatione admonuimus, ægritudinem longam fore, & perseverantia esse peruincendam, in qua sola est cum diuino auxilio spes ponenda, cum firma opinione. Nihil enim deteriorius huic, & omnibus alijs chronicis ac diuturnis morbis, quam crebra mutatio sentiarum & remediorum. Hoc igitur admonere uolui tanquam rem fortasse præ reliquis omnibus maxime opportunam.

Pro pueru Patricio Veneto, à prima natuitate scabioso.

Consilium XXXIIII.

Natura in humano corpore excrementis dedicauit certa loca, inter quæ cutis præcipua est: quia igitur hic puer est repletus pituita & bile: natura fortis expellit materiam in ultimis uenis per ambitum corporis contentam, & cutis recipit excrements, & ita fit scabies, quia pituita adusta falsa fit, & ei bilis admiscetur. Si simplex esset, non fieret scabies. (Gal. 3. de causis sympt.) Quando autem materia falsa est & subtilis, non facit pustulas, sed exhalat cum pruritu aliquo. Si nimis crassa est, non potest ad cutim peruenire. Si media inter crassitatem & tenuitatem peruenit ad cutim, & ratione aeris ambientis frigidii, non exhalat, sed unxit, & facit pustulas; ideo scalpunt se, & secundum quod plus est pituitæ, uel biliis, eodem scabies est uel humida, uel sicca. Aliquando etiam pediculos facit ratione putredinis. Rx. Epithymi, Senæ ana drach. 3. in sero per noctem infunde, & mane decoque, & exhibe loco syrapi. Et omni die lauetur corpus ex sero cum fumoterræ. Caveat præcipue a piscibus & falsamentis.

Ad scabiem ex materia adusta post purgationem,

Rx. Succi limonum			
Butyri recentis	ana	3	3.
Terebinthinæ puræ			
Salis communis		3	2.

Misse

Misce omnia simul, & colliquentur ad ignem, & incorporentur agitando cum spatula lignea, postea remoueantur ab igne, & recipiantur uitelli ouorum recentium & incorporentur simul, sed prius refrigeretur unguentum, ne oua indurecant.

Pro quodam adolescenti scabie labo-
rante, & parum febricitante.

Consilium XXXV.



Ceoperat Cassiam. Ordinavit clystere commune ex Hierae picrae 3 s. Mellis rosati 3 2. Postea syrupum: 1. Mellis rosati, syrupi de fumo ter-
rae ana 3 1. decocti Cichorii, Boraginis, liquiritiae 3 4. Misce pro uno, &
pro alijs eodem modo, donec coctio appareat. Purgauit postea cum con-
fectionis Hamech 3 4. Syrup. rosat. solutiui 3 3. cum modico aqua fusi-
mi terrae, fiat potio. Vnguentum postea ordinavit, quia desiccare studebat, & febris
iam desierat; ex tali aqua.

1. Limones

Salis Nitri

10.

3 2.

Incidentur Limones & aspergantur sale Nitri, deinde imponantur in botiam, &
destillentur ad ignem conuenientem sine adiustione, fiet aqua odorifera, si liber, mulco
aromatizetur.

Pro scabie aliud.

1. Styracis liquidæ

Olei rosarum.

Salis

Sulphure tamen nihil

Succi Limonum

præstantius.

Aqua rosar. ana. Pro capite fiat lixivium ex cinere uitium,
fici, & rad. cannarum, & accipiatur q. s. pro una lotione, adde Agarici 3 2. fiat ebul-
litio optima, & exprimatur fortiter, cui adde salis Nitri 3 2. & erit optimum. Post
lotionem exiccentur capilli, & ungatur locus oleo Caryophyllorum, & tantum Lada-
ni addatur, & Terebinthinæ q. s. ad incorporationem, ungatur etiam quovis uesperi
cum dicto oleo.

Aliud.

1. Squammæ ferri

Hordei usci

Capilli Veneris usci.

Iridis ana, cum Ladano dissoluto in oleo Laurino fiat linimentum.

Pro scabie post purgationem.

Consilium XXXVI.

1. Lapatij rad. simul cum folijs ab omni luto mundatos. N. 3.

Hordei cum cortice suo P. 3.

Radicum Altheæ 3 2.

Foliorum Malvae M. 2.

Radicum Ellebori nigri 3 1.

Bulliant omnia simul in s. q. aquæ ad consumptionem dimidiae partis, deinde
fiat fortis expressio, & colatura addit postea: 1. Olei ros. 3 3. Terebinthinæ 3 2.
Salis Nitri 3 s.

cc 3 Bulliant

Bulliant omnia simul ad consumptionem aquæ, deinde addantur succi Limonum
 3. remoueatur ab igne, dumq; incipit refrigerari, adde uitellos ouorum recentium
 num. 4. conseruetur postea in vase mundo, & bene cooperio, & illinat loca scabiosa
 omnia scalpendo prius apud ignem, & sic fiat alternis diebus uesperi ante introitum
 lecti septem uicibus, ultimo ingrediatur balneum, & mundificetur totum corpus, po-
 stea mutet uestes & chirothecas. Pro maculis delendis prodest aqua destillata ex Li-
 monibus cum farina fabarum, uel aqua ex ipsis siliquis fabarum uiridium succus eti-
 am limonum cum nitro optimum est pro scabie unguentum.

De scabie pro puero.

Consilium XXXVI.



RAT PVER LABORANS FEBRE PVTRIDA
 & hydrope, cuius cutis aspera erat, & habebat dispositionem ad sca-
 biem, de qua Montanus hoc dedit consilium. Scabies est de genere flu-
 xionum, & semper deducenda est ad fluxiones: sed in qualibet fluxione
 quatuor sunt consideranda, scilicet membrum mandans, membrum re-
 cipiens, materia quæ transmittitur, & uia per quas. Ad quam partem hic transmitti-
 tur? ad totam cutim, quæ recipit, propterea quia imbecillior est à propria natura. Sem-
 per enim videbis ad cutim fieri crisim in fine ægritudinis, cum scabie, pustulis, sudore,
 in adolescentibus, & non raro etiam in alijs. Est præter hæc debilitatus admodum,
 quia perperus magnum frigus, & aquas intercutem, ut pene exhaustus sit calor, nec
 posset concoquere alimentum propemodum, nec expellere excrements. Propter pau-
 pertatem & inluuiem cibos multos ingerit & uarios, nec boni succi, nec nutrimenti
 commodi: unde in uenis & hepate materia multa. Vix quoq; latae sunt, quia cholericus:
 habet latas uenas, & poros amplos. Scabies, rigor, sudor, lepra, pruritus simplex,
 siccus, sub cute ab eadem materia nascuntur. Ita omnes fluxiones sunt, sed tantum se-
 cundum diuersum modū substantiæ & virtutis expellentis uariant. Si materia tenuis,
 & pori aperti, nullū fit symptoma, quia materia exhalat; si uero materia crassior, uirus
 non fortis, & cutis resistit, fit rigor. Est etiam rigor sine febre interdum, ut Gal. lib. 2.
 de diff. febrium & lib. de rigore, ostendit. Si materia crassior, uirus fortis, & uia las-
 tiores, peruenit ad cutim, ac ibi contrahitur, & pustulas generat; estq; materia pituitosa,
 aliquando salsa. Est ægritudo in compositione, quia cutis asperior est quam esse de-
 beret. Gal. 2. de Causis mor. Morbus est quando impedit operationes; quando uero
 non impedit, est symptoma. In hoc puero sunt pustule, nec est simplex pruritus, sicut ubi
 materia tenuis est. Ex frictione cessat pruritus, quia dilatatis poris evaporat: hinc cutis
 aspera est, & facit desquamationes, quia materia multa quidem, sed tenuis est, & apud
 antiquos proprie lepra dicitur. Nā apud medicos hodie lepra longe alia est, quam que
 apud antiquos elephantiasis dicitur, & desquamat ferè usq; ad ossa. In hoc puero est ex
 humore falso, pituitoso, adusto. Si ex melancholia, faceret elephantiasin, & uerā leprā.
 Auicenna dicit falsedine ex duabus causis prouenire, uel cum bilis cum pituita misce-
 tur, uel quando aduritur materia pituitosa. Prima causa habet difficultatem, quia nun-
 quam ex tali mixtione faciet falsedinem, rem scilicet amaram cū insipida miscende.
 Nam falsedo etiam differt ab amaritudine, unde non scio qua experientia ductus hoc
 dixerit. In secunda causa uerum dixit: quia ubi calor adurens oceupat materiam terre-
 stram & crassam, & eam exurit, falsam facit. Sic etiam fit falsedo maris, ob adustas pars
 terreas, mistas cum humore aqueo, ut Theophilus ait de saporibus. Salsedo in ter-
 restri substantia fundatur, sicut & amaritudo: habent enim eandem causam materia-
 lem, materiam scilicet crassam & adustam, & efficientem, utrumque calorem adurentē,
 nisi quia amara sunt magis adusta, ita etiā, ut si quæ falsa ulterius aduruntur, fiunt ama-
 ra, sicut nitrum est salis genus excoctum. Curā à natura rei. Primo ponamus corpū
 esse purgatum, est falsedo, & est fluxio, quæ quandoque sola evacuatione curatur,
 ut matea

ut materia cum non sit iam amplius, mundetur: unde etiam dicit Galenus, saepius se fluxiones sola euacuatione curasse. Abstineat à rebus fassis, acetosis, carne bouina, uino crasso, potenti, & omni re calida & adurente: utatur uino subtili & tenui. Si adhuc medicamentis indigeat, utendum abstergentibus & exiccantibus: quia si illa que adhærent, abstergentur, corpus reddetur æquale. Aspera cum abstergentibus curantur: sic conveniunt omnia acida, ut succus limonium, acetosa, oxylapathum, sal nitrum, decoctum lupinorum, Terebinthina, si timetis nimiam exiccationem, potestis addere butyrum, oleum rosatum, sed satis est fontes indicasse.

De scabie humida cum pruritu.

Consilium XXXVII.

℞. Floris cassiae 3 ℥.
Cum saccaro fiat bolus, sumat per horam unam ante prandium.
Item ℥ Succi boraginis

Item 32. Succi boraginis

Fumi terræ

Cichoreæ

ruentur pro tribus uicibus, sumatur ergo te

Purificentur & feruentur pro tribus uicibus, sumatur ergo tertia pars huius syrum
pi, & seri caprini 3 6. Misce, & sumatur in aurora loco syrum per 14. aut 15. dies,
pro ut magis conseret. Item:

Item:

R. Reubarbari electi 3 2.

Macis

ergantur uino aromatico, postea infundantur

Incidantur & aspergantur uino aromatico, postea infundantur in aqua lactis caprini, per horas 2-4, facta diligenti expressione & colatura.

R. Confect. Hamech 3 3.

Syrupi rosati solutiui

landa in aurora cum custodia. Item ex. sacerdotis.

Misce, fiat potio danda in aurora cum custodia. Item g. sacchari rosati 3 6. Vtatur ante cibum mane & sero, & sumat 3 s. singulis uicibus, post assumptionem medicamenti, post duos præcedentes syrups, mittatur sanguis à uena hepatis dextri lateris, & extrahantur circa 3 8. Item peractis his omnibus ingrediatur balneum aquæ dulcis, & primo sudet & fricitur, deinde lauetur. Postea in secundo loco balnei mitetur sanguis per cucurbitulas, applicando eas tibijs, brachij, spatulis & natibus, postea illinantur manus, & totum corpus linimento infra scripto.

E. Terebinthinae lotæ

Olei rosati

Butyri recentis ana

Storacis calamitæ

Succí limonum quantum est pondus om̄is

Salis communis 3 2.

ul. & brilliant in oil.

Misce omnia simul, & bulliant in olla noua ebullitione una, deinde remoueantur ab igne, & ubi repuerint, adde uitellos ouorum recentium N. 4. commisce omnia simul ad formam unguenti, & utere ante purgationem, nullas lotiones aut unctiones (neq; de butyro) manibus applicari uoluit, quod ille plus materiae ad locum pertransherent, si tamen omnino lauare uellet, faceret id cum decocto altheæ maluæ, & inun- geret manus succo aranciorum medij saporis, pedes tumescerent, lauit ex rosis, althea, camomilla, salvia Maiorana pulegio, in uino & aqua coctis. Et quia ex malo regimine uidebatur quasi principium cachexiae, dedit Trochiscos de absynthio.

Ad scabiem post purgationem.

Consilium XXXIX,

sz. Radicum ellebori nigri	3. 6.
Laphatij acuti	man. 10.
Radicis ellebori albi	3. 2.
Limonum cum corticibus suis in frustra incisorum numero 15.	
Therebinthae	3. 4.
Salis nitri	3. 2.

Contundantur omnia simul, & fermententur per dies quatuor in vase mundo & bene cooperto, ne transpiret, sepelianturque in fimo equino: post fermentationem quatuor dierum extrahatur primo aqua, deinde oleum: utrumque optime scabiem removet, & cutem ab omni labore mundabit.

De scabie, tinnitu aurium, haemorrhoidibus.

Consilium XXXX.



Ccidentia sunt consideranda. Primo scabies, quae habet pustulas magnas, saepe aquositatem cum dolore, & mordacitate emanantem: habet & maculas nigras circa pectus, quae depilant & persistunt semper: habet etiam tinnitus aurium, qui perseverat, noctu praecipue, & dolores maxillarum, etiam haemorrhoides sunt copiosae: sanguis est copiosus, & post sanguinem aqua exit, quae mordicat & calida est, causat eundem dolorem in cruce: febrem quoque, ut nunc habet. Materiae & causae symptomatum inueniendae, ut curemus. Sed oportet prius scire temperaturam naturalem, ut sciamus qualitatem laetus & medicamenta. Procedam per conclusiones. Temperatura calida, & hepar calidum. Color magnum argumentum temperaturae, nisi sit aliquid accidens, ut sit in sole uersatus. Sed uera temperatura colligi debet ex actionibus & excrementis. Cetera accidentia poltea testimoniun & fidem perhibent illis, sed non sunt tam certa. Actiones secundum naturam quales erant nescio: nam aeger ad nos uenit, tamen tam amplae. Pili & musculi calidam temperaturam ab initio fuisse significant. Nec curio aliorum temperaturam, ut cerebri, quia nec illud, nec alia membra curabo, non enim ibi est affectus: ex cacochymia omnia dependent, quae quidem est ab humoribus in uentriculo & iecore genitis. Hepar est calidum & siccum intense redditum ut patet ex operationibus: eos enim qui hepar calidum & siccum habent perpetuo destitui bonis actionibus in uentriculo necesse est, quia caliditas adurit, & hepar amplectitur uentriculum, & cum calidum est, consumit sua caliditate omenti pinguedinem, quae adhaeret membris a frigideitate, nec permittit generare adipem omenti, cuius usus est, ut calorem in uentre conserueret: ideo ibi vulnerati male concoquunt. Etiam uoracitas facit, ut hepar ante tempus cibum attrahat. Inde fiunt circa uenas meseraicas crassorum humorum obstructions, deinde in uentriculo generatur pituita, & ita una causa alteram iuuat. His stantibus, cognita hepatis & uentriculi temperatura, ratione hepatis calidi multum bilis & fecis sanguinis generatur, quod est naturale. Ad hanc accelerunt exercitia importuna, & labores: est uenator, pedes ambulat, nunquam quietus, semper magnis laboribus deditus, coiuit, ingessit cibos quoscunq; & uina potentia biberit. Incidit in aliam calamitatem. Sunt 12. anni cum coiret cum scorto, incidit in pustulas, & passus est morbum Gallicum. Medicus dedit linimentum ex argento uiuo: per os expulit, & membra neruosa parata ad fluxiones reddidit. Quae inde incommoda sequuntur: Auic. dicit argentum uiuum inducere stuporem, paralysin &c. & tota

inducere stuporem, paralysin &c. & tota sua forma naturæ humanæ contrariari. Hæc igitur omnia accesserunt: primo temperatura hepatis à natura fuit calida: secundo uitus, exercitatio & consuetudo noxia: tertio, argentum uiuum omnia membra debilitavit: Scabies est ex fluxione, non ex contagio, in illo uiro, omniaq; accidentia praeter febrem, tinnitus, grauitas capitis, hæmorrhoidis &c. secundo de different. febrium. Cum est fluxio, uidendum quod sit membrum mandans, quod recipiens, uiae per quas, & quæ materia fluens. Hæc est regula. Cutis igitur membrum recipiens est & occasio, quia debilis, & accidens ei aduenit nouum fatione cutis, trahit &c. Contagium quod cuti intemperiem & putredinem affert, cuius ratione trahit ad se humores, qui parant fluxionem. Vbi igitur abstergitur putredo illa, non fit attractio ulterius, secundo de differ. febrium. In hoc uiro non est causa membrum recipiens, quod ipsum recipit aliunde. Sed interior causa est membrum mandans. Ideo & hæmorrhoides habet, quia uenæ illæ recipiunt humorem alium defluentem. Oportet igitur esse membrum mandans. Sic tinnitus aurium fluor est. Necesse igitur est aliquam esse materiam, cum omnia symptomata ad fluxionem sint reducta. Scabies propria cutis, quæ recipit: membrum mandans musculi: & reliquæ partes interiores quæ debent nutriti, mittunt nutrimentum suum, quo nutriti debent, ad cutim, quia alimentum non est bonum, ideo quod fundamenta, hepar & chylus non sunt secundum naturam, unde malum generari sanguinem necesse sit. Musculi igitur trahunt dulciorem partem, & quod reliquum est mittunt ad cutim. Porro is humor in substantia uel tenuis est, uel crassus, uel falsus, uel acris, aut mordax, & semper diuersa facit. Humor falsus diuersificat in substantia, facit scabiem cum pruritu. Si est pruritus tenuis, natura facile evaportat: si est materia crassa, ex scalptura non evaporat, sed facit pustulas, & ibi putrescit. haec uera causa scabiei. Materia subtilior pruritum generat, crassa scabiem: hoc voluit Avicenna. Materia igitur huius scabiei est humor falsus, qui transmittitur ad manus & crura, quia maior copia materiae: & exit cum dolore aqua, quia humor calidus soluit continuum & alterat. Concurrunt igitur duæ causæ, quæ sunt causa doloris secundum Galenum, licet alij male dicunt unam esse, tinnitus in cerebro, & grauitas capitis, ex materia fluenti nascitur: tertio de locis affectis, cap. de dolore capitis. Qui habent calidum hepar, & totum ambitum uenarum calidum, subiecti sunt repletioni capitis: & si accessit cruditas per uiam communem, repletur caput, & ita fit non tantum ob hepar, sed etiam ob uentriculum, sicut hic concurrunt haec duo, non tamen ob naturam hepatis, sed ob uitum etiam malum faciens tem erudum uentriculum. An caput calidum sit, non habet instructionem: potest tamen esse calidum, & cauissam habere, quod facit ascendit uapores, qui postea mouentur in aure, & faciunt tinnitus.

De piora

IOANNIS BAPTISTAE MONTANI

DE PSORA OCCUPANTE

uniuersum corpus.

Consilium XLI.



VM SINT DVO PRÆTER NATVRAM:
primum, quod sensu non ita deprehenditur, difficultas anhelitus, uerti-
go, grauitas capitis, tinnitus aurium cum destillatione: secundum oce-
currit sensu uisu, & est defœdatio cutis pustularis, & asperitates: hæc
principaliter sunt consideranda, nam de illis maxime conqueritur. Pri-
mum, apparet sensu uisu, & ex colore singulorum membrorum affectiones discri-
nuntur: quæ quidem proueniunt à materia collecta. Natura materiae deprehenditur
ex colore: uidemus enim pustulas tam in facie, quam in cruribus & toto corpore, quæ
tendunt ad fuscedinem, partim rubent, partim nigricant: rubedo circa faciem ma-
gis, in alijs partibus nigredo magis. Nonnunquam illæ pustulæ in diuersis partibus
erumpentes faciunt suppurationem, & inde exit pus. Consideranda natura ex colo-
re. Sanguis dominatur cum bile, uel sanguine melancholico, erumpens ad cutim. Vi-
dendum quo nomine debeat appellari. Medici occupati sunt valde circa hoc nomen.
Ex una parte accidens est, hic affectus, ex alia parte ægritudo. Sunt morbi dependen-
tes ab eadem causa secundum ordinem, ab eadem materia, sanguine adusto melancholico.
Quidam est uniuersalis, quidam particularis. Particulares sunt, qui occupant tantum
partem corporis, non totum corpus, ut cancri, lichenum omnes species, pendent ab
eadem materia, sanguine melancholico crasso. Quædam ab eadem materia dependen-
tes occupant totum corpus, ut elephantiasis, lepra, psora. In isto corpore non est mor-
bus particularis, nam æqualiter occupatur ab ista defœdatione: fit à melancholia cum
sanguine, & sic est morbus uniuersalis. Non est elephas, nam elephas habet proprium
ut occupet carnem & ossa: sed ista defœdatio non nisi extimam cutim inuasit. Nec
est lepra, nam lepra habet pathognomonicum accidens, ut decidunt squamæ, unde
habuit nomen, quia squamæ quotidie decidunt. Galenus distinguit psoram à lepra,
quia lepra non habet asperitatem & inæqualitatem, ut psora. Videmus hic inæquali-
tatem & asperitatem cum pruritu, quod psoræ longe magis proprium quam lepræ:
unde ponenda hæc affectio sub capite psoræ. Differunt omnes morbi uniuersales
inter se, quod ut sciamus, plurimum facit ad curationem. Differunt in crassitudine ma-
teriæ peccantis uel humoris. Humor melancholicus naturalis cum sit humor crassus,
fæculentus, non facit nec psoram nec lepram, quia non potest excerni ad partes cutis.
Vbi autem humor est subtilis, tenuis, uaporosus, transit ad cutem, sed diffatetur propter
tenuitatem suam: ubi crassior est non potest exire. Et illa materia est uel quieta, uel
mota. Si est quieta, adhæret musculis, & facit lassitudinem ulcerosam. Si mota, & trans-
fit ad cutem, diffatetur, facit sudores: si non diffatetur, facit pruritum, & alia genera pu-
stularum diuersa circa corpus. Si admodum crassa, non exit ad cutem, sed adhæret
musculis, occupat partes solidas. Si corrumpit ossa, fit elephas. Vbi subtilior est magis
declinans ad sanguinem, participans humore pituitoso falso, transit ad cutem, facile ex-
pellitur, non tamen potest exhalare, sed adhæret, & facit lepram & psoram: psora au-
tem magis habet de humoré melancholico: lepra magis ad falsum, & magis æquali-
ter inhæret, non facit eam asperitatem, quia liquidior & humidior humor facit super-
ficiem æqualem: ubi autem exaruerit, facit squamulas ex humoré pituitoso exiccatas,
ut sunt in superficie capitum furfures, ubi diffatetur pituita ex capite, & circa cutim exic-
catur, & facit squamulas illas. Vnde qui abundant squamulis illis, habent caput ualde
humidum, quia pituita cum exarescit, facit squamulas. Psora autem quia fit ab humoré
magis

magis adustus, facit inaequalitates cutis: proprium enim siccii est 4. Meteor, ut sit causa asperitatis, ut humidum est causa leuitatis. In lepra est leuior cutis quam in psora, quae dependet ab humore melancholico, qualis haec est, non tamen ita crassus ut faciat elephantem, sed tamen crassior quam ut faciat lepram. Humor diffusus in toto corpore non est aequalis, admixta est pituitosa materia & sanguinea. Non igitur mirum, si ea materia humida putrefacat & faciat pus, & apparent pustulae quae a Græcis syphraciae, ab Arabibus Saphah vocantur. Haec est natura morbi quantu[m] ad causam formalem: quantum ad causas efficienes, sunt intrinsecæ & extrinsecæ. Membrum quo generat omnes humores, est hepar: ad hepar ergo referenda causa efficiens, tanquam ad membrum principale, quod secundum propriam temperaturam generat humores. Si moderate calidum est, sanguinem generat: de bile autem & humore melancholico, facit quantum opus est: si maior caliditas, & hepar calidius sit quam par est, plus de bile generatur, & appellantur tales cholericæ, in quibus propter caliditatem hepatis generatur plus de bile quam de reliquis. Vbi intenditur caliditas & minuitur humiditas, generatur humor melancholicus. In paracastistica ætate calidi & siccii, fiunt melancholici adusti, quia acquisitum caliditas ex diminutione humiditatis, non generatur bilis, sed humor melancholicus. Hoc hepar est supercalefactum, & uidetur a primo ortu tale esse quod excusat notabiliter ad calidum, per siccum & humidum non multum. Qui habent caliditatem solam, absq[ue] passiuarum excessu, plurimum carnis generant. Qui calidu[m] & humidu[m], abundant plurima pinguedine. Probabile est quod fuerit calidu[m] naturaliter, absq[ue] excessu humiditatis & siccitatis, temperatu[m] in passiuis, redundans in calido. In habentibus autem symbolum, facilior est transitus: generavit sanguinem biliosum, deuenit ad paracastisticam ætatem, potuit generare plurimū humor melanicolum. Accedunt aliae cause non corporeæ, sed extrinsecæ. Fuit conditionis talis, in qua habuit omnia quæ potuerunt supercalefacere hepar: bibit uinum potentissimum, Credo quod natura ipsa usus fuerit cibarijs salis & acribus, quæ supercalefaciunt hepar suis qualitatibus primis. Alimenta præter calorem auctum potuerunt generare humor melanicolum; nam a calore igneo & immoderate se habente, per se generatur plurimus humor melancholicus: si accedit secundum, scilicet alimentu[m] generans melancoliæ, potentissima erit causa aggregandi humores melancholicos. Habuit insignem caliditatem hepatis, & in manu[m] multo magis auctus calor iste est, ex modo substantie cibi melancholici. Nisi fuisset adiumentum naturæ per fluxum hæmorrhoidum, incidisset non in psoram, sed in elephantiam. Materia continuo expurgata fuit per fluxu[m]. Qui subiecti sunt huic fluxui, liberantur ab omnibus humoribus melancholicis. Potentissima causa in hoc fuit, cum haberet eum fluxum, & tamen habuit hunc morbum. Quo ad catarrhum, corpus ita paratu[m] est ad catarrhum stante ratione uictus, ut nullum corpus magis opportunum. Talis temperatura corporis mittit vapores ad caput continuo, primo Epid. & tertio de locis affectis. Ab ambitu totius corporis ascendunt vapores stante pessima ratione uictus: & hinc etiam tinnitus aurium, propter motionem spirituum. Catarrhus ex ea parte materie est, ubi in cerebro naturaliter frigido. Nam in naturali sua substantia propria, omne cerebrum frigidum & humidu[m] est, sed dicitur respectu calidum, humidum & siccum, cum tamen omnia sint frigida & humida. Ideo cum sit propria natura frigida & humida, condensat vapores, & sic sit catarrhus, & hie facit anhelitus difficultatem, & tuſsim. Non tamen est insignis laſio adhuc ex hoc catarrho. Primitus facile curabitur, si modo non patiatur elephantiam. Psora est initium elephantiae: oportet ut ipse sibi sit medicus. Circa cura duo sunt facienda: primo tollendus morbus factus, secundo cause que faciunt. Morbus factus sunt pustulae, descedatio circa curem, quæ abstergendo mundificanda est: quod non fieri nisi materia remouatur, quæ in toto ambitu uenarum souet continue illam partem. Oportet omnino remouere materiam. Due ergo sunt indicationes: primo, ut abstergatur cutis: secundo, ut remouatur materia. Est tertia indicatio; nam si remouatur materia & abstergatur cutis, & non remoucamus

remoueamus caliditatem hepatis, & causas effientes & extrinsecus occurrentes, nihil proderit. Primum ergo est abstergere cutem: secundum, remouere humorem; tertium, alterare hepar: quartum, regulare rationem uitius. Incipiamus ab evacuatione, sine qua nec alterare, nec abstergere cutem, neque nutritre corpus cibis conuentientibus possumus. Mundificandum corpus cum his quae mundificant humores peccantes, scilicet humorem melancholicum, sanguinem & pituitam, quae redundant ex descensu catarrhi. Accedit portio bilis, redundant omnes quatuor humores. Alij humores coquuntur & preparantur. Sanguis non expectat aliam coctionem, debet evacuari sine preparatione. Facta purgatione humorum in primis uenis cum calisia, deueniatur ad missionem sanguinis, ut evacuetur principalis humor sanguis, & fiat saepe. In humore melancholico ubi permixtus est sanguini, iteranda est phlebotomia, & evacuetur per interualla: deinde bene nutritur, post iterum evacuetur, id est a basilica. Intentio est non tantum evacuare humores, sed simul alterare membra, quod possumus facere uno remedio, non debemus facere pluribus. In utroque latere secunda uena, & ab utraq; basilica. Secundo fiat evacuatio praecepue duorum humorum, melancholie & pituitae. Biliosus humor facile coquitur & expellitur. Rhaxis uult bilem non indigere coctione: sed indiget leni coctione, faciliter momento coquimus. Maiore coctione indiget pituita & melancholia. Sunt concoctiva in communi usu, quae respiciunt pituitam, non considerando humorum melancholicum, quem aggrediar postea. Ex multitudine pituitae obstruuntur uenae sua uisciditate, & ille humor retinet alios humores ne sint præparati: obstruit quoq;. Quando igitur pituita in uenis est cum humorum melancholico, non debemus utrumque simul præparare. Pituita indiget incisiis abstergentibus: humor melancholicus aliquali humectatione, ut fiat facilis ad excretionem, non est uiscidus, sed crassus, qui indiget humectatione. Quae faciunt ad coctionem pituitae, non faciunt ad concoctionem ipsius humoris melancholici. In hoc casu inciperem a pituita. Oxymel, & syrups acetosus incident sine calefactione. Non multum calefacerem, ne humorum melancholico nocerem. Danda sunt quae incident lapides & calculos. Vtrum acetum conueniet digestioni humoris melancholici? quanto magis dubitabitur de calefacientibus, & exiccatibus. Acetosa conueniunt partibus terrefribus, confringunt calculum & lapides. Darem syrum acetosum, oxymel, cum melle rosato. Euacuarem postea cum confecti hamech, in qua epithymus & myrobalani. Et euacuant humorum pituitosum pilulae de Agnico. Darem agarici 3. cum 3. calisia, euacuat humorum pituitosum, & respicit humorum melancholicum. Quo ad humorum melancholicum, syrum de pomis dulcibus, Sabor regis. Decoctum liquiritiae maxime confert ad humorum melancholicum siccum & frigidum. Item maluæ decoctio cum iuribus pinguibus pulli: postea euacuarem cum illis decoctis traditis a Mesue. Deinde apponem elleborum nigrum, ut in superiori syrupo, non plusquam 3. semis corticum ellebori nigri: felicissime operatur ter aut quater sine molestia. Quod si detur ante euacuationem pituita, laedet, & nihil proderit ista euacuatio. Pituita optime evacuetur. Soleo dare sex uicibus, euacuat quadragies, nisi debilitas accidat, tunc intermitto unam. Facta evacuatione abstergenda cutis. Fieri possunt linimenta ex succo lapathij, limonum, ellebori cortice ex radice. Decoquantur cum malua & althaea in aqua, donec consumatur tota substantia, factis expressionibus. Oleum rosarum recens, therebinthina, styrax lis quida, magna copia succi limonum cum nitro, abstergit omnem defecationem. Peracto illo, queritur nunquid conueniat lotio balnearum? Habent magnam uim absterendi maculas corporis. Sed dubito ne calefiant hepar. Ad defendendum hepar sumat duas aut tres heminas feri lactis, & illinatur hepar in frigidante Galeni: conuenit propter hepar calidum. Bibat serum, & ingrediatur balneum. Non dubitarem de supercalefactione hepatis. Aqua marina idem facit, sed nimis calida est. Aquarum quoq; dulcium balnea, cum fiunt ex elleboro, lapatho, cum sale, abstergenda cutis gratia.

gratia. Necesse est deinde confortare, fiat ad contrarium, & infrigidetur hepar. Vitis
mum est quod regat se, ac remoueat causas extrinsecas: abstineat ob omnibus calidis,
uino calido. Utatur carnibus bonis, frigidis alimentis, piscibus saxatilibus. Marini
sunt laudatissimi, quia habent minus superfluitatum quam fluuiales, qui faciunt augeri-
pituitam, & calorem postea: expedit quoque ut pituita non multiplicetur. In partibus
Dalmatiae, gobij marini optimi sunt, in alto mari. Inter pisces saxatiles, mugiles,
apud nos rari. Admoneamus & protestemur, si uult permanere sanus,
quod debet eo uictu uti & refrigerantibus. Saccharum rosae
ceum cum Rhabarbari 3 1. ter aut quater in mense
sumat. Hæmorrhoides semper teneantur
apertæ: si stringuntur,
aperiantur.

F I N I S.

D E M O N T A N O , A D M O N -
T A N V M T Y P O G R A P H V M , HIE-
ronymus Donzellinus.

Iamq; opus exegi, quod nec Louis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetus.
Nam licet exiguo, iaceat Montanus in antro,
Marmore conclusus, fatorum lege perenni;
Parte tamen meliore sui, super Aethera notus
Viuenteritq; illi æternum, indeleibile nomen.

Noribergæ, apud Ioannem Montanum, &
Ulricum Neuberum,

M. D. LIX.

ff

